

*Donovan*  
806258

PERKINS LIBRARY

Duke University

*Rare Books*

# EPISTOLA

D. PAVLI AD EPHESIOS, Q. VA

rationem Christianismi breuiter iuxta &  
locuplete, ut nulla breuius simul & locu  
pletius explicat, uersa paulò libe  
rius, ne peregrini idiotismi  
rudiores scripturarum of  
fenderent, bona tamen fi  
de, sententijs Aposto  
li appensis.

In eandem Commentarius.

PER MARTINVM BVCERVM.

Complex

## ILLVSTRIS.

SIMO ET PIENTISSIMO PRIN-  
cipi Fridericho Schleſiorum et Lignicæ  
Duci &c. Martinus Bucerus salu-  
tem Christi precatur.



Rouidentia Dei compara-  
tum est, clarissime & reli-  
giosissime Princeps, ut quā  
docunque hactenus sincera  
Dei scientia in publicum  
prodierit, illico et errorum  
uenti, un dīque ingrucrint,  
qui si deturbare ē medio il-

Iam nequirent, tantum pulueris tamen opinionum terre-  
Prodeūte nare sipientium, atque inde dissidiorum excitarint, ut  
ueritate in per paucis, hoc est, electis duntaxat, atq; ex his multis ne-  
surgunt et quaquam dīg̃w̃t̃, illarite conspecta fuerit. visum  
errores. namq; Deo soli bono ac sapienti est, bonitatis ac uirtutis  
suę glorię, contra luctantibus potestatibus aduersarijs,  
& ex infirmitate suorum illustrē reddere. Hinc sanctis  
non cum sanguine & carne, humano scilicet hoste, sed ad  
uersus cælestes uersutias, mundi dominos, præter bellum,  
quod caro ipsorū, aduersus spiritū citra inducias gerit, nō  
minus sæuum & atrox, quam anceps & periculosum,  
perpetuō depugnandum est.

Quapropter, si idem hodie, reuecta nobis Euangelij  
lampade, usu ueniat, ut immis̄is multipliciū hærceson, at= q; imposturarum turbinibus, mendacij author, qui dum  
atriū suū humanis traditionibus satis munitū tranquil= le possedit, egit quietius, dum pellere rursus mundo illam  
nequit, obscurare tamen adeo conetur, ut à paucis plane  
agnosci, à nonnullis ne uideri quidē possit, par erit, ut me= mores, sic bonam dei uoluntatem decreuisse, atq; quemad Confrat̄  
modum antea, ita modo quoq; id ita temperaturā, ut inde re, nō deij  
cum uirtus tum bonitas sua clarior redatur, boni consili cōre debet,  
um patris nostri super nos, ubiq; quæ saluti nobis sint pro quod Eu= spicientis, consulamus, & ex animo, etiā pro hac re grati angelion  
as ipsi agamus. Etenim si recte rationem subduxerimus, nostrū ua= haud parū, animos nostros confirmabit etiā, quod quā Eū rijs errort  
angelij ueritatē profitemur, princeps tenebrarum ad eun̄ bus oppo= dem modū excipit, quo olim ab ipso scruatore, eiusq; Apo gnatur.  
stolis p̄̄ædicatam exceptit.

Quām mox enī præter grauiſſimas p̄secutionū pro= cellas, innumeris infanorū dogmatū fluctibus, quorum ab  
furditatē nescias, an uarietatem atq; inter se pugnantiam  
magis admireris, cymbam Euangelijs ille qualiebat iacta= Quā ſuē  
batq;. Idq; haudquaquā sine successu, quippe brcui à Pau cessuōt. &  
lo, quo nemo unquam maiore uel sedulitate, uel dexterita Pauli Eū  
te, Christum prædicauit, neq; placere ad bonum omnibus gel. Satan  
quisquam magis studuit, ut qui omnib. omnia fieret, ut uel ſeuicerit:  
aliquos lucratetur, omnes Asianos ab alienauerat. Timo= theo ſiquidem ſuo ſic quæſum legimus. Nostihoc, quod  
auersati fuerint me omnes, qui ſunt in Asia, id est, indū  
bie plurimi.

MARTINI EVCERI

Vt autem obturbantib· uarijs errorum sectis , animos nequaquam despondere , sed assumere potius debemus , quod cum ita Domino uisum sit , oporteat , id non minus ad promouendā nostram salutē , quam ipsius gloriam illu-

strandā facere , qui probatos suos , inter huiusmodi turbati-  
bus . Quo stu- nes , & utiliter exerget , & magnifice prodit , ita conuenit  
dio obuians nihilominus illis prouiribus spiritus , cuiq; diuinitus dona  
dū errari= ti , obuiamire , dareq; operā , ut luce scripturarū , figmento

rum humanæ rationis tenebras , dispellamus , quod nos qui  
Christi sumus deceat , haudquaquam minore studio , cum  
hoc nostro capite colligere , quā aduersarius soleat disper-  
gere . Cumq; ueterator iste , à contemplatione solis diuinæ  
bonitatis , unde omnis cum iustitia , tum salus certo gigni-  
tur , modis omnibus , ad suspiciendum nihil , ac euandum  
humanae industriae uirtutisq; splendorem , unde nihil nisi  
fastidiosa hypocrisis , & certa pernities indubitato nasci-  
tur , animos mortalium detorquere conatur , nobis præci-  
pue in hoc incumbendum est , ut fide Euangeli hominibus  
oculis corroborentur , quo uiuificos solis illis diuinæ bene-  
uelentie radios , rite percipere queant .

Quemadmodum enim Paulo benignitatem Dei omni  
studio attollenti , Satanæ satellites prædicando circum-  
Quib· ar=cisionem , Sabbathū & id genus externa , ad quæ homi-  
mis superiū numeri uires possunt pertingere , negotium facebant , sic  
erib· secu= postea adserentibus eandem , sanctis Dei confessoribus ,  
lis oppu= & liberae electioni eius , bonitatiq; omnia accepta ferenti  
gnata sit bus , hostis ille ueritatis , similibus instructos armis suos  
ueritas . obicit , qui libero arbitrio , nostris iisq; operibus nihil non  
tribue-

## E P I S T O L A.

tribuerent. Donec Mahometh sua figura, operibus mixta legis, & nostri, sua iuncta in speciem Euangelicis, orbis obtruscerunt, eoq; rem perduxerunt, ut nihil ferè fiducie in bonitatem Dei, omnis uero spes, in conficta ab hominibus opera, eaque nullam frugem proximis adferentia, cuiusmodi bona opera Deus requirit, tantum non ab uniuerso mundo collocaretur.

Eodem consilio, redditio dudu nobis Euangeli, ex quo iam orbis discere incipit, nos natura filios iræ, & nihil boni à nobis uel cogitare posse, Dei autem, qui ante conditum mundum nos sibi in filios elegit, gratuita benevolentia spicit Euan- ritum sanguine CHRISTI promeritum donari, quo de gelion. Quid do-  
ipsius bonitate, ut bene speramus, ita & studio ipsius, ad honesta sancta q; rapimur, præcipue autem, ut proximis commodenius, neq; dubitamus, hac uelut arra obsignati in redemptionem, olim nos Christi beneficio, omnis peccati puros, & æternæ felicitatis plene compotes fore, salutis nostræ inimicus, rursum excitat, qui ad externa opera, ca- q; non solu in frugifera, sed et noxia, à fidutia benignitatis diuinæ, acriore, quā ulliantea studio, reuocare laborant.

Baptismum siquidem hi, imò rebaptismum supra quā dici queat, urgent, sed quo te ab omnibus, qui illum reiiciunt, quamlibet sanctis Christi membris separe, atque nemagistratui, quem & negant posse Christianum esse, iu- rando, & arma pro republica sumēdo obtēpare, adstrin Errores gas. Hi prædestinationis & electionis Dei certitudinem quidā Carent, & in impletione legis, sed ad ipsorum interprætabaptista tationem, saepe absurdam, ad quam uires quoque adesse rum.

## MARTINI GUCERI

omnibus hominibus adseruerant, spem figere docent. Hinc benevolentiae Dei prædicationem, hoc est, Euangelion, efficere blasphemant, ut homines à bonis operibus cesserent, salutem à merito Christi frustra expectantes, cum tamen, nullum prorsus à nobis bonum opus fieri possit, nisi id sensus amorq; bonitatis Dei gignat. Sed non hic tantum nobis isti impingunt, quod ipsi peccant. Peccatum ipsi falsam & euaniadam opinionem faciunt, quia non sit creatura D E I coq; olim etiam prorsus euaniaturum, tuncque saluos fore, & dæmones & impios universos, quem hoc figmentum, qui id receperit, non redat socordem, honorisque operum negligentem, cum etiam impio sibi, aditum ad beatem uitam fore, & si paulo serius putet.

Istis profecto usu uenit, quod & Iudeis, mundiq; sapientibus olim. Suam querunt iustitiam statuere, igitur D E I iustitiae que per fidem est, subdi nequeunt, & indulgentes fidentes q; ingenij suis, sapientes eſe uolunt, ideo plus nimio stulti fiunt. Verum dum insolentem præsegrauitatem, rerū quæ uitæ presentis contempnum, præseruit apud eos, qui fermentum eorum nondum receperunt, præseferunt, minime paucis, quibus zelus aliquis est, sed scientia carens, imponunt. Nam ingenium Quib. ar. humanum præcipue admirari solet, quicquid à uulgari tibus mun ratione uiuendi abhorret, etiam si ne pilum quidem bo do soleat na frugis adferat, qua certe occasione, Romanenses ab dicantes connubium, & Mabomethani uinum, & Mo nachi usum carnium, ac rerum quarundam aliarum, in quarum

# E P I S T O L A.

quarum tamen usu ut nulla est impuritas, ita nulla in abstie-  
nentia carum sanctitas, totum fere mundum dementa-  
runt. Porro ut istorum impostura serpat, non paruum mo-  
mentum adfert, eorum qui C H R I S T I esse uo-  
lunt infirmitas ne dicam, an socordia & detestanda le-  
uitas. Dum enim simpliciores, nondum scilicet a spiritu  
intus satis roborati, uident tam imparem doctrinam Euangeli-  
ciam uitam apud eos, qui illam profitentur, minimo nego-  
tio ab ijs, qui speciem aliquam eius præ se ferunt, persua-  
dentur, non esse eam uere Euangelicam doctrinam, quam  
illi prædicant. Væ igitur nobis, si blasphemandi doctri-  
nam C H R I S T I, & offensionis pusillorum oc-  
easione dederimus.

Preter hos, sunt & ex ijs, qui Euangelijs purissimi uin-  
dices sibi uideri uolunt, necq; sanè vulgariter in prouehe-  
do illo, sudarunt, qui nescio qua animis ipsorum obfusa,  
contentionis & φιλαντιας incertum, an stuporis &  
ignorantiae nubecula, Sacramentis, quæ symbola sunt  
Christianorum, & externo uerbo, ea tribuunt, unde di-  
uinæ beneuolentie, uirtutisq; claritas non parum obscu-  
ratur. Vehicula enim illa faciunt, spiritus sancti, & fidei, mihi tri-  
cum hæc donet sola bonitas Dei, impetrata morte C H R I  
S T I. Hi ex eadem cognitionis gratia Dei angustia, &  
sanctorum salutem æternam negant, dum hic, qui Chri-  
sto uere crediderint, rursum posse excidere, non tam in-  
considerate, quam periculoſe affirmant. Quæ enim fi-  
des, quæ se dubitet habere repositam sibi penes Dcūm ui-  
tam æternam, hoc est, esse filium atq; heredem Dei? iam

# MARTINI BUCERI

D E V S suis, profide ipsorum facit.

Proinde cum tam multis errorum nubibus Christi aduersarius, contra restitutam nobis illius lucem Euangelicam, per strenue adhuc pugnet, nouosque cotidie excitet, abusus et sanctorum ignorantia et infirmitate, sit denique eius in omnibus idem conatus, nimisrum, ut opera manuum suarum homines adorent, et non ut deploratos peccatores, diuinae benevolentiae, sanguinique CHRISTI curandos plena fide se contradant, debent profecto, quibus Christi gloria, electorumque salus chara existit, nihil uiciissim omittere, quo regni CHRISTI Euangelion, et bonitatis DEI prædicatio, quam in primis uniuersa scriptura ubique inculcat, orbis magis ac magis agnoscat. Vere enim sordebunt nobis nostra, ubi diuinae bonitatis gustum recte percuperimus, neque cessabimus tum a bonis operibus, sed gnauiter demum illis incumbemus, toti scilicet eorum rapti, ut gratificari patri nostro studeamus.

Cum uero Paulus in prædicanda DEI prædestinatione, electione, amplissimaque in nos bonitate et efficacia sanguinis CHRISTI, hoc est, in annunciando syncero Euagelio, docendaque doctrinacertæ salutis, ita excelluerit, Paulus clausus et co*scriptor* ut non paruo interuallo, alios sacros scriptores post se reliquerit, præscriptum si lucem, et copiam spectes, optans prius Eu*angelio* pro*stianis* omnibus reddantur. Qui sane eas recte teneret, dicavit. cum sibi tum alijs, quoslibet facile errores querteret. Equidem

E P I S T O L A .

Equidē igitur ut huc fratribus scripturarū rudiorib.  
adiutor eſſem, quibus et V. Fab. Capito paratis nuper in W. Capito  
Hoseam haudquaquam uulgaribus cōmentarijs, & M. M. Cellarii  
Cellarius opere, de Operibus Dei in quo diuina bonitas  
magnifice prædicatur, plarimū consuluerunt, Epistolam Epistola  
illus ad Ephesios, hisce diebus enarrandam mihi desum= ad Ephes-  
psī. Visum enim mihi est, doctrinam Christi, breui= totius scri-  
ter iuxta & luculenter, atq; copioſe adeo cōplexa eſſe, ut pturæ cō-  
his nominibus, nullā aliā ei præferendā existimē, totiusq; pendium-  
ſacræ ſcientiæ, cōpendium recte habendū censeam.

Docet quidem fuisus et ſcripturis cōmunitius, ea quæ Quæ Epi  
Romaniſcripta extat, omnem carnem peccato obnoxiam, ſtola ad  
allege non eſſe niſi peccati cognitionē, non iuſtitiam, a gra  
tia Dei, & merito Christi hanc prouenire, omnia ab ele= Rom. con-  
ctione libera Dei pendere, abnegatione nostri, et dilectione tincat.  
proximi Deo gratificandum, magistratui parendum,  
offendicula fratru cauenda, eandem eſſe Gentium & Iu= 3  
deorum redemptions, ſed hæc noſtra, de his omnibus,  
& breuius, & ut uidetur luce maiore diſcrit, tum maie=   
ſatem Christi Paulo magnificentius prædicat, & de ui=   
ta Christianæ officijs diſputat diſtinctius, & admodum  
locuplete.

Hanc ergo quam uel ſolam, ſi recte intelligatur, ſatis  
eſſe puto, & ad gratiam Christi cōmendandam, & uitā  
quam pientiſime instituendam, tum errores quosq; con= Præſite=  
uincendos, uerti primum, paulo liberius, ne idiotiſmi par rat ſacrali  
tim Ebræi, partim peculiariter Paulini, rudioribus ne= berius uer  
bulam aliquam offunderent. Optarim enim ut dum extat tere.

A s utrumq;

utrumq; instrumentum sua lingua, & gratia Deo, multi  
 sunt hodie, qui eas linguas calleant, ut ad fontes semper  
 redire liceat, si quid interpretes, parū assequerentur, ea  
 libertas in uertendis sacris adhiberetur, quam sibi fidi in  
 interpretes permittunt in prophanis. Qui enim dices in lin-  
 guam aliquam uersum, quod in ea non dum propter alte-  
 riis lingue ex qua uersum est idiotismos, potest intelligi?  
 Scio religionem hanc interpretum, maiestati scripturae  
 rum tributam, sed ut dixi autographa spiritus extant, ad  
 quae semper potest corrigi, sicubi interpretes dormitent,  
 quare mihi præstare uidetur, dum uersionibus ijs con-  
 fuli debet, qui sacras linguas Ebræam & Græcam igno-  
 rant, neq; sacrorū scriptorū schematis assueti sunt, ut quā  
 familiarisūne & planissime etiam sacra transfferrentur.  
 Id igitur pro mea tenuitate in hac Epistola dedi operam,  
 quid affectus sim alij iudicent. Si cui uidear alicubi ma-  
 gis paraphrasten egisse quam interpretem, is si libet ita  
 quoq; me nominet, uidetur mihi tamē nihil à mente Paulè  
 alicium assuisse. Adicci deinde & commentariū, quo  
 singula Epistolæ huius pro uirili explicare ijs, qui in Pau-  
 lis literis nondum exerciti sunt, & quidem omnia sim-  
 plissime sum annis, ut successerit frarū esto iuditium.

Quicquid hoc operis est, tibi clarissime princeps dedi  
 care decreui, qui tanta sedulitate, regnum Christi, synce-  
 rāq; ueritatis cognitionem plantare apud tuos studes, con-  
 vocatis undiq; uiris pie doctis, contempto & nequaquam  
 uulgari in quod tuam dignitatem & opes adducis pericu-  
 lo, & sumptu, quem huius caussa haudquam medio-  
 cremsa-

Institutū  
 imitabile  
 principis  
 Schlesio-  
 rum.

# E P I S T O L A .

trem facere incepisti. Cui si quidem principum rectius sa-  
 crorum commentarij inscribantur, quam ei qui sacrorum  
 scientiam suo loco habet, digneq; colit? Inter quos admo-  
 dum paucostua celsitudo praeclare fulget, que cum syn-  
 celiore pietatis doctrina, et linguarū studia, sine quibus  
 nulla solida eruditio constat, suis coniungicurat. Neq; pā Pura prin-  
 rum uero h̄c audacie me prouocauit, quod sciam, te eam cipis huius  
 Christi cognitionem nactum, quam h̄c Pauli Epistola, religio.  
 ut et reliquæ omnes, tradit, cui nihil adh̄ereat adhuc,  
 fermenticōmentorum rationis humanae, que dixerit uale  
 mundi elementis, confiteatur plantantē et rigantem nihil  
 esse, ne quid nostris operibus arrogemus, sacrū tamen  
 habeat extēnum quoq; Euangelij, exhortationisq; in  
 Domino, usum, et si uehiculum spiritus inde nullū faciat,  
 de quare Caspar Schuenkfeldius tuus, pro eximia sua re  
 uelatione, praeclare scripsit, neq; sacramenta contemnat,  
 sed suo loco, p̄ symbolis scilicet extēne cōmunionis inter  
 Christianos et instituendæ et alende, habeat.

Hāc nostram itaq; qualemcunq; operam celsitudi tua  
 sibi incupatam, eo animo excipiat, quo quemlibet ad pro-  
 mouendā Christi gloriam in quouis conatū solet, hoc est,  
 iucundo et fauenti, quodq; cœpit, post doctrinam Chri-  
 sti synceram, et nullis humanis figuris fermentatam,  
 pergit curare, ut linguas et aliæ frugiaries, iuuentus In contem-  
 nius doceatur, neq; audiat non tam regilosos ut uideriuo ptores bo-  
 lunt, quam fastidiosos quosdam, qui h̄c sancta Dei dona narum ar-  
 contemnūt, à spiritu uolētes omnia discere, cum quo haud tium et  
 perinde magnam familiaritatē habent, qui profecto di- linguarū-  
 gni essent,

Caspar  
 Schuenk-  
 feldius.

M. B V C E R I

gni essent, ut & uentri suo cibum, item ab illo per miracu-  
lum cogerentur expectare, donec discerent, non minus ad  
sanctam eruditionem, nostrā operam adhibendam, quam  
quam omnia bona ueraq; doceat solus spiritus Dei, quam  
ut corpori parentur alimenta, quod & ipsum sola uirtus  
Dei sustentat. Etenim dum rectis iudicijs plurimi  
pollebunt, & minus loci inuenient impostura, & amplior  
in rebus singulis bonitatis Dei admiratio atque cognitio,  
plurimum ad pietatem promouebit.

Atq; utinam & alij principes ac Res publicae, tam san-  
ctum & laudatum Cel-tuae institutū, uelint emulari, sic  
declaratur agnoscere se, à Domino ipsius plebi præfe-  
ctos, quorum primum studium esse debeat, ut illa bonita-  
tem Dei sui agnoscat, & ad uoluntatem ipsius sua uni-  
uersa cōparet. Nam haud vulgaris Dei ira existit, ut quos  
dam omnium cura plus quam pietatis, apud suos excolen-  
dæ sollicitet, & nullorum sumptuum plus pigeat, quam  
qui in optima studia fiunt. Dominus qui omnium principi-  
um corda in sua manu habet, dirigat ea, ut rite ipsum  
agnoscant & colant, quo placidam ubiq; & quietam ui-  
tam electi degant, cum pietate & honestate. Is & sanctos.


C. T. conatus secundet, eamq; cū liberis, & omni-  
ditione seruet, bonisq; omnibus exornet. Illi  
sit gloria in sœcula omnia, Amen.

Argentorati pridie Calend.

Septemb. Anno Christi

M. D. X X V I I.

In Epi-



# IN EPISTO-

LAM D. PAVLI AD EPHE.

sios Argumentum.



Phesi , que Asie minoris metropolis fuit , & Diana multimammiae studiofissima cultrix , triennio Paulus Christum prædicauerat , et non contemnendum populum cū ex urbe , tū tota Asia fuerat lucratus . Ita ut quidam qui curiosas artes sectati fuerant , recepto Euangeliō , comportatos libros suos , coram omnibus ad testādam resipiscentiam exusserint , quorum precia tamē fuere argenti myriades quinq; , que summa supputatore Budæo quinq; milia Coronatorum ualet . Indicibili siquidem studio , atq; cōstantia , in hoc incubuerat , ut annunciareret que in rem illorum essent , & omne Dei consilium ipsis apertiret , docceretq; & publice & per singulas domos pœnitentiam

Que Paulus apud Ephesum effecerit .

M. B V C E R I

nitentiam ac fidem, quæ est erga Dominum nostrum IESUM Christum, deniq; & moneret cum lachrymis unū quemq; die & nocte. Ad hæc ne sua uideretur querere, cum suis, tum corum qui secum erant necessitatibus, suæ ipsius manus suppeditauerant. Dominus quoq; sermonem eius cum miris uirtutibus confirmauerat, nam & sudarijs eius, & semicinctis, super infirmos delatis, morbi recedebant, maliq; spiritus egrediebantur, tum incomparabili spiritus fortitudine reddiderat illum, supra modum enim in hac urbe afflictus fuerat, & Domini tamen consolatione superior semper euaserat.

Cum itaq; eximie charos Ephesios haberet, ut apud quos non uulgaris successore regnum Christi instituisset, pri  
mum Timotheum præcipuum collegam remanere apud eos, ut à se plantata rigaret, uoluit, deinde Hierosolyma petens, cum sciret in eas regiones se non redditurum, euocatos e Mileto Ephesiorum presbyteros, persante mo-  
nuit, ut sibi, & cuncto gregi attenderent, ne quid incom-  
modi à subingressuris lupis, quos graues futuros illis præ-  
dicebat, Ecclesia eorum perciperet. Hinc postremo et ex-  
uinculis, quibus Romæ delincbatur, hanc Epistolam ad  
eos scripsit, qua uelut in compendium, omni Christianis-  
mi ratione contracta, eos in instituto confirmaret, atq;  
proucheret.

Proinde mira & luce & breuitate de singulis, quæ Christianos scire refert, in ea monuit. Ut omnis mortaliū tam iustitia, quam salus à libera Dei prædestinatione &  
electio=

Quām  
fuerit pro  
Ephesijs  
solicitus.

E P I S T O L A .

electione pendeat, & per Christum, per quem omnia in= Cap. pri-  
stauranda sunt, in cælo & in terra, quiq; super omnia ex altatus, omnium potestate posset, in electis tam ex Gentibus quam Iudæis perficiatur, ad hoc ut Deus in nobis glo- mum & risicetur . Ut natura perditi uniuersi sumus, & que Iudæi secundū ac Gentes, & gratuita Dei benevolentia seruemur, quot quot seruamur, reconditi scilicet in Christo, ad bona ope= ra, qui ex Adam nati, tantum mala operari possumus. Ut deniq; Christus morte sua legem ceremoniarum, ob quam Iudæi gentes aspernabantur, abrogavit, & donatas sui cognitione gentes, cum Iudæis in se, in unum hominem coagmentarit, qui cottidie incrementa pietatis accipies, in templum sanctum Domino cresceret.

Horum miris affectibus, & magna perspicuitate, per duo priora capita admonuit, simul & gratias pro illis agit, precariq; se pro ipsis memorauit, ut in cognitio= nis horum proficerent, quo agnoscerent, ad quātam spem uocati essent, quanta sit gloria hæreditatis quam expecta rēt, quamq; præcellens uirtus qua niterentur, qua utiq; Christus à mortuis est excitatus, et super omnia ad dexte ram pairis cuectus. In tertio Capite eadem illis precatur, & simul meminit muneris sui, qui peculiariter fuerit ad tium. Euangelizandū gentibus delegatus, utq; aperiret, quod mysteriū à seculis etiā ipsis Angelis absconditū fucrat. Deniq; hortatur, ne ob suas afflictiones, quas ipsorum causa ferat, frangantur, sed magis roborato interno hōmine, bonitatem Dei quam amplissime cognoscant.

Deinde

## ARGUMENTVM.

Cap. quartum. Deinde quarto Capite, & bona parte quinti, ad studium dilectionis ueramq; animorū unitatem, tum & de positionem ueteris hominis cum operibus suis, multis argumentis hortatur, memorans, in hoc Christum initio regni sui alios dedisse Apostolos, alios Prophetas &c. ut in cognitione Christi singuli confirmati, in unum hominem summa dilectione coalescerent, atq; abdicatis carnis operibus, in omni iustitia & sanctitate Deum glorificarent. Per reliquam partem quinti, & bonam sexti, de peculiaribus officijs quibusdam, uxorum scilicet, maritorū, filiorum, parentum, scruorum & dominorū, sancta præcepta tradit. Postremo armat eos contra uersutias cælestes, nempe potestates malorum spirituum, & ad instantem hortatur precationem, cum pro sanctis omnibus, tū & pro se ipso, quo digne Euangelico munere fungatur:  
Inde precatus pacem & benevolentiam Dei, & ipfis & omnibus diligentibus Christum,  
Epistolā finit. Quæ uero hoc argumēto de Ephesijs memorauī, leguntur 1. Cor. 15. 2. Cor. 1.  
1. Timoth. 1. Act.  
29. & 20.

ARGUMENTI  
finis.



# D· P A V L I

A D E P H E S I O S

*Epistola.*



Atilus ex uoluntate  
Dei legatus I E S V  
Christi , sanctis qui  
sunt Ephesi , nempe  
fidē habentibus Chri-  
sto I E S V , beneuolen-  
tiam uobis & pacē,  
Dei patris & Domi-  
ninostrī Iesu Christi precor.

Gratia sit & laus Deo patri Domini no-  
stri I E S V Christi, qui omni nos genere spiri-  
tualis beneficentiae , bonis nimirum cælesti-  
bus, affecit per Christum, quemadmodum  
per illum nos ante conditum mundum , in  
hoce elegit, ut simus sancti, & ipsius quoq; iu-  
ditio inculpati , dilectioni scilicet proximo-  
rum dedit.

B Qui

D. PAVLI AD EPHESIOS

3. Qui prædestinavit pridem nos, ut in filios sibi, per I E S V M Christū, ex dignatione uoluntatis suæ adoptaret, quo gloriā benevolentiae eius celebris in nobis esset, quia nos propter illum dilectum, dignatus est.

4. ipſius Per quem, satisfaciente pro nobis sanguine illius, habemus redemptionem, remissionem nimis peccatorum. Idq; ex amplissima benevolentia eius, quam ubertim nobis impartiuit, donatis omni sapientia & prudenter, postquā uidelicet ex singulari dignatione notam fecit arcanam uoluntatē suam.

5. Qua proposuerat, dum ex certa rerum omnium & temporum dispēsatione, statutū huius tempus appetiſſet, instaurare per illū, nempe Christum, uniuersa, per hunc inquit quæ in cælo sunt, quam quæ in terra.

6. Per quem & in sortem sanctorum ascitiſſimus, præordinati iuxta propositum eius, qui cuncta ubique efficit, & beneuolum arbitrium eius, ut celebris in nobis reddatur gloria eius, qui in Christum spem nostram priores collocauimus, in quem & uestram collocastiſſis, postquā sermonem ueritatis, Euangelion salutis uestræ, audiuitis.

7. Cui ut fidem habuistis, obſignati quoque eſtis spiritu sancto, qui promiſſus nobis fuerat, qui eſt arrabo hæreditatis nostræ, quo fre-

tiredem-

ti, redemptionem, qua continget certa uitæ possessio, indubitato expectemus. Idq; ut gloria eius in nobis celebris reddatur.

Eapropter cū & ego audiuissem, quia uos in Dominum Iesum fide, quaç dilectione in sanctos omnes estis prædicti, non desino gratias pro uobis agere, memor uestri in precibus meis, ut Deus Dominus nostri Iesu Christi, pater ille gloriosus, asperet uobis sapientiam & reuelationem, ut ipsum cognoscatis, illuminatisq; oculis mentis uestrae sciatis, quid ex uocatione uestra uobis sperandum sit, & que opulētia sit gloriæ hæreditatis, quā donauit sanctis, que denique præcellens uirtutis eius in nos credentes magnitudo.

Quæ in nobis declarabitur, iuxta efficaciam fortis roboris eius, quam efficaciam in Christo exhibuit, cum excitauit illum à mortuis, & ad dexteram suam collocauit in cælestibus, super omnem principatum & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & quicquid omnino eximium siue in præsenti, siue in futuro factu celebratur, subiecitq; omnia pedibus eius, ipsumq; dedit caput Ecclesiæ super omnia, quæ est corpus eius, & in qua cumulate exuberatè bonitatem suam declarat, qui illa perficit omnia in omnibus.

C A P V T . I I .

B . 3 . E tuos

D. PAVLI AD EPHESIOS

aeræ

**E**t uos, cum mortui eratis delictis & pecca-  
tis, in quibus uixistis iuxta rationem uiuendi  
mundi huius, secundum institutum principis  
potestatis aeræ, spiritum, qui agit modo in-  
credulos, inter quos & nos omnes aliquan-  
do uersabamur, indulgentes cupiditatibus na-  
turæ nostræ, & perficientes quæ ferebat arbi-  
trium carnis nostræ, & cogitationes, qui ni-  
mirum æque acalij, natura itæ Dei, obnoxij  
eramus.

**D**eus autem diues misericordia, propter  
multam dilectionem qua nos dilexit, etiam  
mortuos delictis, conuiuificauit, una cū Chri-  
sto (benevolentia gratuita seruati estis) & si-  
mul excitauit, atq; simul collocauit in cælesti-  
bus, insitos Christo Iesu. Ut ostéderet sæculis  
futuris, excellentē benevolentiae illius opu-  
lentiā, benignitate erga nos in Christo Iesu.

**B**enevolentia gratuita seruati estis perfi-  
dem, idq; non ex uobis, Dei donum est, non  
ex operibus ne quis glorietur. Ipsius enim su-  
mus figmentum, conditi in Christo Iesu, ad  
bona opera, quæ Deus præparauit, ut in eis  
uersarémur.

**M**emores igitur estote, quod olim natura  
Gentes eratis, præputio impuri uocati ab ĩs,  
qui circuncisi, circuncisione manu facta dice-  
bantur, quod, inquam, tum sine Christo era-  
tis, &

tis, & ab alienati à R. Pub. Israelis, atq; extra  
nei à sc̄ederibus, promissionē in se continēti  
bus, nullam spem habentes, & sine Deo ac  
plane impij habitū in mundo.

Nunc uero insiti Christo Iesu, quilo ge era-  
tis, facti estis prope, per sanguinem Christi.  
Ipse enim author est pacis nostræ, qui fecit ex  
utrisq; unum, sublato per sacrificium corpo-  
ris sui interstitio maceriaz, inimicitia, abolita  
inde lege, mandata & de c̄reta continentē, ut  
duos sibi ipsi cōderet in unū nouū hominē,  
paceq; facta cōglutinaret duos, in unum cors-  
pus Deo per crucem, extincta in semetipso  
inimicitia.

Et adueniens Euangelizauit pacem uobis  
qui eratis longe, ut & ijs qui prope fuerunt.  
Per ipsum enim utriusque aditum habemus  
ad patrem, afflati eodem spiritu.

Proinde iam non estis hospites & aduenē,  
sed conciues sanctis, atque domestici Dei, inq;  
dificati fundamento, quo & Apostoli atque  
Prophetæ in ædificati sunt, existente summo  
angulari lapide Iesu Christo, per quem omne  
ædificiū coagmentatū, exurgit in templū san-  
ctum Domino, per quem & uos coædifica-  
mini in domicilium Dei, agente in uobis  
spiritu.

## C A P V T I I I .

B 3

Huius

## D. P A V L I A D E P H E S I O S

## C A P V T I . I . I .

Huius gratia ego Paulus uinctus sum Christi Iesu, pro uobis gentibus. Audistis siquidem dispensationem beneuolentiae Dei, quæ mihi commissa est erga uos. Per reuelationem enim nostrum mihi fecit arcanum, quemadmodum paucis ante scripsi, ex quib. cognoscere potestis legentes, quid de arcano Christi intelligam.

Quod utique alij sæculis, non fuit hominibus reiectum, uti nunc sanctis Apostolis eius & Prophetis per spiritum reiectum est, ne impe quod gentes sint cohaeredes, & eiusdem corporis, atque participes promissionis eius, in Christo exhibitæ per Euangelion, cuius factus sum minister, iuxta donum beneuolentiae Dei, datum mihi ex efficaciuirtute ejus.

Mihi inquam minori quolibet minimo omnium sanctorum, hæc beneuolentia contigit, ut inter gentes Euangelizarem, in peruestigabilem opulentiam Christi. Et illato lumine monstrarem omnibus, quæ sit communio arcani à sæculis penes Deum, qui omnia per Iesum Christum creauit, absconditi.

Vt nota modo fieret per Ecclesiam, principatibus & potestatibus cælestibus, multiformia sapientia Dei, secundum propositum æternum,

æternum, quam exhibuit, in Christo Iesu Dominino nostro.

Per quem confidenter agimus, & aditum habemus ex fiducia, quam suppeditat, qua erga ipsum sumus fides. Quare precor, ne frangant uos afflictiones meæ, quas pro uobis sustineo, quandoquidè hæc uestra gloria est.

Huius caussa flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis cognatio in cælis & in terra constat, ut de tuobis secundum opulentam gloriam suam, uirtute corroborari per spiritum, ut bene habeat homo interior, et habitet Christus per fidem in cordibus uestris, sitq; in uobis confirmata, probeq; fundata dilectio.

Vt ualeatis cū sanctis omnibus comprehendere, quæ sit latitudo, & longitudo, profunditas & celsitudo, noscereq; præminentē cognitioni dilectionē Christi. Vt bonitate Dei ad summum repleamini:

Potenti uero facere cumulate, secundū uitatem in nobis efficacem, ultra omnia quæ uel petimus, uel cognoscimus, illi sit gloria in Ecclesia per Christum Iesum, in omnes ætates sæculi sæculorum amen.

## C A P V T I I I .

B 4 Adhort.

D· P A V L I A D E P H E S I O S

Adhortor igitur uos ego uinctus Domino,  
ut digne ambuletis uocatione , qua uocati  
estis,cū omni submissione & mansuetudine,  
cū longanimitate, tolerátes uos inuicem per  
dilectionem, studentes seruare unitatem spi-  
ritus,uinculo pacis.

Vnum corpus estis,uno spiritu uiuitis, quē  
admodū una spes est uocationis uestræ , qua  
uocati estis. Vnus dominus,una fides,unum  
baptisma,unus Deus & pater omnium , qui  
omnibus præsideret , per omnia uirtutem su-  
am exerit,in omnibus uobis agit.

3. Vnicuique uero uestrū contigit beneuolen-  
tia,secundū modum,quo illam Christus im-  
partit. Quare ille dicit: Cum ascendisset in al-  
tum, dedit dona hominibus . Hoc uero,ascé-  
dit,quid indicat,nisi quod descendit prius,in  
hæc inferiora , in terras? Qui descendit, ipse  
est,qui & ascendit super omnes cælos,ut per-  
ficeret omnia.

4. Ethic dedit hos quidē Apostolos , alios ue-  
ro Prophetas,alios uero Euágelistas,alios au-  
tem Pastores & Doctores, ad hoc ut sancti in-  
staurentur,& opus ministerij procedat, ædi-  
ficiūmq; corporis Christi incrementū accipi-  
at, donec uiuēsi occurrerimus inuicē eadē  
fide & cognitione filij Dei prædicti, similes ui-  
ro iam

ro iam aucti robotis , asscuti modum  
integræ ætatis C H R I S T I ,  
ut non simus iam amplius pueri , quos uertat ,  
& circumferat , quilibet doctrinæ uentus , ex  
impostura hominum , & uersutia , quibus er  
orem obtrudunt .

Sincera agamus dilectione , & augesca  
mus , relaturi per omnia eum , qui caput est  
Christum . Ex quo omne corpus coagmenta  
tum , & compactum , per omnem commissu  
ram , qua sit subministratio , secundum effica  
tiam proportione cuiuscq; partis , incremen  
tum accipit , ad instaurationem sui ipsius per  
dilectionem .

Hoc ergo dico , & obtestor per dominum ,  
ne post hac conuersemini , ut reliquæ gentes  
conuersantur , iuxta uanitatem mentis eas  
rum , obtenebrati sensu , ab alienaticq; àuita  
Dei , propter ignorantiam quæ in eis est , & cæ  
citatem cordis eorum . Qui postquam ad in  
dolentiam peruererunt , tradiderunt semet  
ipsos lasciuæ , ut quamlibet immunditiam  
patrarent , simul addisti auaritiæ .

Vos autem non sic didicistis Christum . Si  
quidem audiuistis eum , & docti estis , quem  
admodum ueritas Iesu habet , quod oportet  
atuos deponere iuxta priorem conuersatio-

B s nem

D. PAVLI AD EPHESIOS

8. nem ueterem hominem , qui corrumpitur  
iuxta desyderia erroris, renouari autem per  
spiritum mente uestra, & induere nouum ho-  
minem , qui conditus sit secundum D E V M,  
ut iustitia & solida sanctitate polleat.

9. Proinde alegantes mendacium, loqui-  
mini ueritatem , quisque proximo suo, eo  
quod inuicem membra sumus.

10. Irascimini ut nō peccetis, Sol, durante ira-  
uesta , non occidat , neque detis locum  
Diabolo.

11. Qui surabatur, iam nō furetur, magis uero  
laboret manibus, utili honestæq; arti incum-  
bēs, ut possit impattire ei, qui opus habuerit.

12. Nullus sermo spurcus ex ore uestro prode-  
at, sed si quis frugis sit, & idoneus quo utiliter  
alij instaurentur, ut frugem audientibus ad-  
ferat, & ne contristetis spiritum sanctum dei,  
quo , ut redemptionem olim consequamis-  
ni obsignati estis.

13. Omnis amarulentia , & commotio, &  
ira, & tumultuans uociferatio, & maledicen-  
tia rejiciatur à uobis, cum omni malitia.

14. Sitis autem inuicem benigni , propenso  
affectu, gratificantes inuicem uobis, quem-  
admodum & D E V S uobis gratificatus  
est,

est, per C H R I S T V M .

## C A P V T V .

Estote igitur imitatores D E I , ut dilecti filij, et conuersamini secundum dilectionem, quemadmodum & C H R I S T V S dilexit nos, tradiditque semetipsum pro nobis hostiam & sacrificium Deo , cuius ille nudore plurimum quoque fuit oblectatus.

Scortatio uero & omnis immunditia, aut auaritia, nihil loci apud uos habeat, sicut decet sanctos, sed neque turpitudo, & stultiloquium, aut facetiæ, quæ omnia non decent, sed magis gratiarum actio.

Hoc siquidem agnoscitis quod omnis scorator, aut immundus, aut auarus, qui est idolorum cultor, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo uobis imponat in anibus sermonibus, propter haec enim quæ dixi, uenit ultio Dei in incredulos.

Ne igitur participetis cum illis . Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux, postquam Domino consecrati estis , ut filij luce praediti igitur conuersamini.

Fructus enim spiritus, situs est in omni boni-

25

26

27

28

29

D. PAVLI AD EPHESIOS

bonitate, & iustitia & ueritate, cum exploras  
tis quid Domino beneplaceat.

6. Et ne communicetis in frugiferis tenebra  
rum operibus, magis uero illa arguite.  
Quæ namque in abscondito ab illis fiunt,  
fœdum est dicere. Omnia uero quæ argu-  
untur, ceu à lumine manifestantur. Quic-  
quid enim manifestatur, iam luminis aliquid  
habet. Quapropter ait: Expercere qui dor-  
mis, & surge à mortuis, & illuminabite te  
Christus.

7. Videte igitur quomodo circumspete con-  
uersemuni, non ut insipientes, sed ut sapien-  
tes, redimentes occasionem, quod dies mali  
sint. Proinde ne sitis imprudentes, sed intelli-  
gentes quæ sit uoluntas Domini.

8. Et ne inebriemini uino, quod uitā reddit  
intemperantiorem, sed implemini spiritū, lo-  
quentes uobis in uicem, Psalmis & hymnis,  
atq; spiritualibus cantilenis, canentes & psal-  
lentes, in corde uestro Domino, gratias agen-  
tes pro omnibus, per Dominum nostrum Ies-  
sum Christum, Deo & patri.

9. Subditu uicissim alijs alijs estote in timore  
Dei. Vxores proprijs uiris subiecte sint, ut do-  
mino, quod uir caput sit mulieris, sicut Chri-  
stus caput est Ecclesiæ, & idem saltator sui  
corporis

corporis. Ut ergo Ecclesia subdita Christo est, ita uxores proprijs uiris in omnibus.

Viri diligite uxores uestras, quemadmodum Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut illam sanctificaret, purgatam lauacro aquæ per uerbum, ut exhibeat sibi ipsi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut quid huiusmodi sed ut sancta sit, & inculpata. Sic debent diligere uiri uxores suas, ut suæ ipsorum corpora. Diligens uxorem suam, se ipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut Dominus Ecclesiam.

Quoniam membra sumus corporis eius, ex carne eius & ossibus eius, pro quo relinquit homo patrem & matrem & adhærebit uxori sue, eruntque duo, ut uiuant unum hominem. Hoc arcennum magnum est, ego autem dico quo ad C H R I S T V M, & Ecclesiam. Veruntamen & uos singillatim, suam quisque uxorem diligat perinde atque seipsum, & uxoruolo ut reuereatur maritum.

## C A P V T V I.

Filij morigeri estote parentibus uestris, ut dignum

D. PAVLI AD EPHESIOS

dignum Domino est. Hoc enim iustum est.  
Honora patrem tuum, & matrem, quod pri-  
mum quidem præceptum est , habens promis-  
sionem,hanc nimirum,ut bene tibi sit, siisque  
longæus in terra.

2. Patres , ne prouocetis ad iram filios ue-  
stros, sed educate eos,institutione & correpti-  
one Domini.

3. Serui auscultate dominis carnalibus, cum  
timore & tremore , in simplicitate cordis ue-  
stri,tanquam C H R I S T O, non ad ocu-  
lum seruientes, uelut qui placere hominibus  
student, sed ut serui C H R I S T I, perfici-  
entes uoluntatem D E I ex animo & bene-  
uole,seruientes uidelicet D O M I N O &  
non hominibus,scientes quod unusquisque,  
quod fecerit boni,id referet à Domino repen-  
sum , siue seruus sit, siue liber.

4. Et domini eadem facite erga illos, remit-  
tentes minas,scientes, quod & uester domi-  
nus est in cælis, et personarum respectus apud  
eum nullus.

5. Quod reliquum est, fratres mei, corrobor-  
ramini, per Dominum, & robur forritudi-  
nis eius, induimini totam armaturam D E I,  
ut possitis stare aduersus insidias Diaboli. Ete-  
nimi non est nobis lucta aduersus sanguinem  
& carnem, sed aduersus principatus,& pote-  
states,

tes, aduersus Dominos mundi, tenebrarum  
sæculi huius, aduersus spiritales uersutias, quæ  
sunt in cælestibus.

Quapropter assumite totam armaturam  
Dei, ut possitis resistere in die malo, & omni-  
bus peractis stare. State igitur circumcinctis  
lumbis uestris, ueritate, & induti thoracem  
iustitiae, & calceati pedes, promptitudine an-  
nunciandi Euangeli pacis. Super omnia as-  
fumentes scutum fidei, quo possitis cuncta  
iacula mali illius ignita extingue, & galeam  
salutis accipite, & gladium spiritus, quod est  
uerbum Dei.

Omni oratione & deprecatione, orantes  
in omni tempore, & spiritu, in id ipsum uigil-  
lantes, cum omni instantia & deprecatione  
pro sanctis omnibus, & pro me, ut detur mihi  
sermo, dum os meum aperiendum est, cū  
omni fidutia, ad notum faciendum arcanū  
Euangeli, cuius legatione fungor, constri-  
ctus catena, ut confidenter illud annunciem,  
sicut oportet meloqui.

Vt uero sciatis & uos, quomodo res meæ  
habeant, quid agam, omnia uobis nota fa-  
ciet Tychicus dilectus frater, & fidus in ne-  
gotio D O M I N I minister, quem  
in hoc ad uos misi, ut cognosceretis de  
rebus

D. PAVLI AD EPHESIOS

rebus nostris, & consolaretur, corda uestra.

Pax sit fratribus, & dilectio cum fide à Deo  
patre & Domino nostro Iesu Christo. Bene-  
uolentia Dei, cum omnibus diligen-  
tibus Dominum nostrum Iesum  
Christum cum integritate.

Amen.

Missa fuit Roma per Tychicum.

Finis Epistolæ D. Pauli ad Ephesios.

## Paulus.

Deratione nominis multis differere non est consilium,  
 tum quod certi hic nihil queat referri, tum quod quicquid  
 afferatur, haud magnum ad pietatem momentum attu-  
 lerit. In Actis 13 scribit Lucas: Saulus uero qui et Paulus De nomi-  
 plenus spiritu sancto &c. Vnde coniicio binominem fu- ne Pauli.  
 esse, Iudeis tamen ferè Saulum appellatum, nomine scili-  
 cet illis familiari, Gentibus autem Paulum, quod nomen  
 ob imperium Romanorum apud illas frequens esse cœpc  
 rat. Quod igitur sibi nato ciui Romano forsitan inditum  
 fuerat, scribens gentibus, libenter epistolis suis præfixit,  
 ut ethnicis hactenus ethnicus fieret & ad Christū eos pel  
 liceret. Quo exēplo docemur, ut medijs reb. in gratiā ho  
 minū, si quid inde commodi ad illos queat redire, libenter  
 utamur, quandoquidē uere Christiani sit, studere ut pla  
 ceat ad bonum omnibus Rōm. 14. Proinde quōvis alio quā  
 quo Paulus actus fuit, spiritu aguntur, qui superstitione  
 adeo non religiose à bonis Dei creaturis plerisq; eo quod  
 illis mali abutantur, abhorrent, non sustinent uel ali-  
 quantiss per hominibus, e quibus forte Christo aliquos usu  
 illarum lucrifacerent, gratificari. לְאָשׁ, id est, Schaul  
 indubie, cum circumcidetur fuerat Apostolus hic ap-  
 pellatus, hactenus tamen ethnicis ethnicus fieri uoluit, ut  
 Romanum nomen Ebræo in omnibus epistolis suis præ  
 ferret. Cum hodie uitio, & quidem non leuiculo, uertant  
 eum Anabaptistis, & doctores, suo iudicio, egregij

C

quidam

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

quidā, quod cognomina sua aliqui fratribus dū latine scribunt, uel in latinā lingvā aut grēcā uertūt, uel ad modū harū inflectunt. Adeo non minus rara quā eximia res est, recto de rebus istis externis iudicio esse præditum.

## Ex uoluntate Dei legatus Iesu Christi.

Epithetis semper Paulus ad institutum suum facientibus uti solet, describere Ephesijs sinceriorem rationem Christianismi hac Epistola uoluit, & salutem per Dominum nostrum Iesum Christum partam pectorib. eorum penitus inscrere, se igitur legatum Iesu Christi laudat, uolens significare sc̄e non aliud quām salutis illorum negotium, ex mandato Seruatoris & uoluntate patris apud eos hac Epistola acturum. Atq; ita uel breui hoc titulo Ephesiorum animos beneuolos & attentos sibi reddidit. Quis enim non ex animo uelit & studiose quidem audire legatum Iesu Christi, id est, Seruatoris et uncti regis, qui suis spiritu sancto donatos, iustos & beatos reddit, eoq; non nisi salutaria mandat? Ad idem facit, quod se ex decreto patris Dei hac salutis legatione fungi testatur:

Docemur uero hic primum, uthis præcipue nominibus nos fratribus commendemus, que proxime fecerint ad promouendam apud illos, ut gloriam Dei, ita & ipsorum salutem, hoc est, quibus illis simus usui, non quibus admirationi, multo minus quibus terrori. Deinde, ut dignationem erga nos Dei ingenue præ nobis feramus. In compa-

Quibus  
Epithetis  
Paulus u=  
tatur.

comparabilis siquidem dignitas erat esse legatum IESU Christi, idq; ex uoluntate Dei, eam tamen Paulus quamlibet modestius, nequaquam dissimulauit, sed in gloriam dei & fratribus salutem, ingenuo professus est. Certa sunt dona Dei, eoq; ut uere adesse sentiuntur, ita debent indissimulanter, sed in gloriam donatoris ac fratribus salutem, proferri atque suo modo ostentari. Postremo monemur, neminem posse legatum Christi esse gloriae q; eius preconē, nisi ex uoluntate missioneq; Dei. Quomodo enim prædicatoribus nisi mittantur? scribit Apostolus Romanis: Legatum nānq; Christi is agit, qui annunciat ipsum unicū esse saluatorem, idq; agit quocūq; à spiritu dei extrusus fuerit, ut quā plurimos huic cœlesti regi adducat. Huiusmodi autē qd uel cogitare posset ex se se mortalisi? Cor. Paul. scribit, ubi de hac sua legatione loquitur, nos haudquaq; idoneos essemus, qui ex nobisipsis cogitemus qcquam, tanq; ex nobisipsis &c. Nemo ergo legatum Iesu Christi ageret, hoc est, Euangelion sinceriter annunciat, nisi ad hoc opus, ex uoluntate Dei extrusus:

Tantum abest ab eo, ut tanquam nō missus, non sit audiendus, qui Christi doctrinā pure quidē tradiderit, nō autē simul uita expresserit. Vt cunq; uita habet, quicūq; recte **Quis** Christū prædicat, is id ex se cogitare nō potuit, eoq; à Christi deo ad hoc missus est, ac uè ci, q; que prædicat cōtempserit, **Apostolus** multū enim interest, inter ultro currentes, qui sua aut alio lus. rū figmenta prædicant, & qui ipsissimā Christi ueritatem, quam nemo docebit nisi impulsus missusq; diuinitus.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Impelli autem mitti<sup>q</sup>; ad prædicandum hanc, possunt etiā qui non per omnia illi uita respondent, neque pure gloriam Dei, et nihil sui querunt. Christū enim, licet ex mala occasione prædicabant, & humana commenta nequa-

Qui cur= quam, quorum Paulus Philpp. 2. meminit, id tamen se= rentes & rīo Apostolus gaudebat, nequaquam gauisurus si huma= qui mis̄i. na commenta prædicassent, quia alienorum uocem oues audire nequaquam sustinent, tam abest ut ad illam gaude= rent. Hypocritæ quoque illi, quibus Dominus Matth. 7. testimonium perhibet, quod in nomine suo prophetarunt, utiq; id ex spiritu eius atq; uoluntate patris fecerunt. Hu= manum nanque ingenium nihil tale uel cōminisci potest. Mis̄i igitur diuinitus & hi fuerunt, & Christum ipsum contempſit, quicūq; illorū contempſit prophetiam. Vere igitur & si plane impij ad prædicandum mis̄i fuerant, au= diendiq; timentibus Deum erant, utcunque uita illorum cum doctrina pugnaret.

Orandus igitur deus ut in messem suam extrudat, qui non tam uerbis quam uita doceant, & danda opera est, ut tales ad docendi munus deligantur. At nequaquam con= temnenda interim est, & eorum prædicatio, qui uita sunt insinceriore, de Christo tamen uera testantur. Missio ita

Quid mis̄ que ad prædicandū Christū, nihil sane aliud fuerit, quam uoluntas prædicandi, quam nobis ille salutem parauit, con= iunctam habens huius facultatem, quam utramque solus Deus suppeditat, de qua in Matthæum dixi plura.

Sanctis qui sunt Ephesi.

Sanctum

Sanctum scriptura uocat, quod est Deo consecratum,  
 eoq; augustius iam & diuinæ quodammodo reuerentie  
 particeps. Sic populus Israel, præcipue sacerdotes, tem-  
 plum et instrumentum eius, sanctitatis nomine p̄ssim in  
 scripturis celebrantur. Iam qui Christo uera fide nomen  
 dederunt, filij dei sunt, ac ita glorie dei consecrati atq; de-  
 diti, ut ad eam sint penitus demum reformandi, futuri con-  
 formes imagini filij Dei, plane iusti & beati. Vcl soli igi-  
 tur hi sunt, qui sanctitatis nomine uere insigniuntur, quip-  
 pe cum nihil possit uel cogitari augustius & diuinus, quā  
 esse filium Dei & coheredem Christi, cuius potestas fit  
 omnibus qui in nomine Christi credunt Ioan. 1. Vnde hic  
 mox Paul. subiicit καὶ πιστὸς ἐν χριστῷ, quod reddidi,  
 nempe fidem habentibus &c. Nam omnino hæc interpre-  
 tatio est eius, quod præmisit. Sanctis, eo quod sancti, id est,  
 Deo dediti, eoq; uere augusti & diuini, non sint nisi qui  
 per fidem in sortem filiorum Dei adsciti sunt.

Hoc autē πιστὸς ἐν χριστῷ, uerti, fidem habentibus Fideles in  
 Christo. Nam quod scriptura suo idiotismo dicit credere Christo.  
 in aliquo uel aliquem, nos dicimus credere alicui, fidemq;  
 habere. Inz. nāq; Mosch. cap. 14. legimus, & uidit Israel  
 manum Domini magnā, quā contra Aegyptios exercuit,  
 & timuit populus dominū, & crediderunt in dominum,  
 & in Moscheh seruum eius, quid hoc crediderunt & in Credere  
 Moscheh seruum eius fuit aliud, quā uerbis Moscheh habu in domino-  
 erunt fidem? Item in eodem libro cap. 19. dixit dominus  
 ad Moscheh: Ecce ego uenio ad te in caligine nubis, quo

audiat populus uerba mea ad te , & etiam in te credant perpetuo . Hoc sane , & etiam credant in te , perinde fuit , atq; si dixisset , ut tibi credant & uerbis tuis , agnoscentes te ex mandato meo loqui , fidem habeant . Sic ergo & credere in Christo , perinde est atque credere Christo , uerbisq; eius fidem habere .

Hoc uero ex se mox gignit fiduciam in eum , efficitq; ut ipsum suspiciamus & adoremus seruatorem . Nam de Fidutia ex se prædicat , qui in se crediderit , eum æternam uitam habere , suscitandumq; à se in die nouissimo . Hæc qui uera agnoscit , quod nemo nisi à spiritu sancto persuasus poterit , quomodo non illico omnem fiduciam suam in illo collocet , atque felicitatis suæ autorem illum colat ? Paulo itaque fides propriæ persuasio est , qua mens de uerbis D O M I N I nihil addubit , persuasa scilicet à spiritu sancto . Hinc liquet , V allam illū inimitabilem uirum , non linguarū tantum , sed & scripturarum D E I proprietatem in hoc recte considerasse , qui , quam græci τὴν πίστιν προκαλεῖ , latinis censuit , persuasionem probe dici .

Certe nihil aliud fuit laudata illa Abrahæ fides , ob quam iustus Deo habitus , ex credentis populi pater fuit constitutus . Deus siquidē illi promiserat filium , & posteritatē innumeram , hoc credidit ex inde iustus habitus est . Scriptura suo idiotismo habet : Et credidit in Domino , Hebrei ce רְאֵבִין בַּיְהֹוָה , quod , quid fuit aliud , quam promittenti sobolem Deo , habuit fidem , persuasus utique à spiritu dei . Non aliter se habet & fides , qua iustos uiuere

Habat

Fides

Abrahæ .

Habakuk cecinit. Nam promissionem de liberatione posse  
puli illic Yates præmisit, testatus perturbato & adficto. Iustus ex se  
animo fore, qui ei fidem habere non sustinerent. Contraria de uiuit.  
autem iustum, fide sua uicturum, id est, bene habiturum.  
Persuasi enim à spiritu sancto electi, liberationem à mai-  
lis omnibus per Christum certo futuram, ut hinc bene de-  
uoluntate Dei fidunt, ita & spe uiuunt, omnia boni consu-  
lentes, utcunque ex præsentia calamitatibus videantur morti  
addicti.

Proinde quam Apostolus τύπωσι, et uulgo fidem Quid si  
latine dicunt, si germanam uocis huuius, ut ea Paulus usus des-  
tit, significantiam recipimus, persuasionem Euangelij  
per spiritum sanctum electis & uocatis factam, per eam  
intelligemus. Ea nonnunquam quidem profidutia in bo-  
nitatem D E accipitur, sed per Metalepsim. Ex per-  
suasione enim de promissis Domini, fidutia in bonitatem  
cius gignitur.

Quod si noui illi hostes fiduci, uirtutis, quæ omnis picta Cauillum  
tis & salutis unicum fundamentum est, quidam Anaba- Anabapti-  
ptistarum cognouissent, non ita contra nos fremerent, qd starum.  
fiduci in iustificatione primas tribuimus, & agnoscerent  
fruolum esse, quod contra nos afferunt. Neminem  
ei posse fidere, quem non antea amauerit. Eoque amoris  
D E non fidei, primas tribuendas. Etenim ut nemo  
fidutiam suam in illo fixam habebit, quem non dilexe-  
rit, ita neminem quisquam diligit de cuius uirtute  
C & & bonitate

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

Et bonitate, non fuerit antea persuasus. Quis namque amet eum, quem bonus an malus sit, ignorat? Vnde autem deum bonum et nobis bonum, ut amare eum, confidereque in eum possimus, cognoscemus? Certe quae D E I sunt, Et de deo scriptura praedicat, homo secundum animam uiuens, non percipit.

Ergo ad flatu spiritus sancti hic opus est, qui Euangelion cordibus electorum persuadeat, hoc demum pacto uocantur, Et a patre ad filium per trahuntur, quotquot ad uitam praeordinati sunt. Atque hic auditus ille est, unde fides prouenit Rom. 10. Ad quem Et si ministret Euangelij externus praeco, attamen quia plantans Et rigans nihil sunt, inefficax erit omnis praedicatio, donec cordi Euangelion prae dicauerit et persuaserit spiritus sanctus. Apud quem uero ea persuasio obtinuerit, is etiam si ex parte quam bonus sit Deus cognoscet, fierit attamen non potest, quin illum Et amet et reucreetur, ac optima quaeque de ipso sibi polliceatur, fidem scilicet habens Euangelio, quod sic illum prae dicat, quae et certo consequetur, cum spes inde non pudefaciat. Itaque post electionem sanctorum, proximum est, ut D E V S suorum se cordibus peruerbum, quod tamen suo spiritu illis persuadeat, insinuet, ex hac mox persuasione certaque fide, quam uerbis eius iam habent, consequitur fiducia eius Et amor, propensaque ad gratificandum ipsi in omnibus uoluntas.

Tria ergo haec fides, spes, charitas sunt, quibus praesens

Vnde fides  
et amor  
Dei.

sens sanctorum uita constat, & peragitur . Fide Deum patrem sibi in omnibus prospectorum agnoscunt, spe ex peccant & equanimiter, dum animo & corpore, ad imaginem Christi reformentur. Dilectione demum, quam fide diuinitatis portionem perceperunt, & spe consummandam præstolantur, ad proximos transfundunt. Quare fide & spe hanc maiorem Paulus pronunciat, quandoquidem latius patet, et benefacere alijs, quod studet dilectio, beatius est, quam beneficia recipere, quod fit fide & spe. Nulla quidem harum uirtutum sine alijs esse potest, consummatio tamen hominis Dei, dilectionis est, qua ille iam alijs se Dei filium, quod per fidem esse cœpit, & spe perseverat, re ipsa exhibet, nimirum beneficium in omnibus.

Hæc de fidei natura & conditione, cuius multa per Epistolam hanc, ut omnes Paulinas, mentio fit, hic initio Epistolæ disserere libuit, quo syncerius, quæ de ea Paul. in sequentibus prædicat, percipiantur. Neq; enim tantum ijs, qui è uulgo sunt Christianorum, quod ignorarunt, quid proprie per fidei uocabulum scriptura intelligeret, causam, ut pleraq; scripturæ loca à germano sensu detorquent, præbuit. Ut ergo ad Pauli uerba reuertamur. Sanctos Ephesinæ Ecclesiæ, τισσούσ' εν χριστῷ, id est, fides in Christo uocauit, qui Christo crediderant, Euangeliōq; fidem habuerant. Vnde nimirum filij Dei, sancti, et fidutia in DEVM atq; dilectione erga proximos præditi, euaserant.

Maior his  
dilectio.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS  
Benevolentiam uobis & pacem Dei  
patris & Domini nostri  
Iesu Christi.

Gratia.

His uerbis fauorem Dei & Christi Ephesij precatus  
est, quem gratiae, pro qua bencvolentiam posui, mai= =  
oris lucis gratia, & pacis nominibus expressit. Ad Ti= =  
moth. & Titum adiecit, & misericordiam, utiq; ut uim  
diuini fauoris magis explicaret. Sanc ubi in scripturis le= =  
gimus inuenisse aliquos gratiam in oculis Dei, uel homi= =  
nis alicuius, nihil aliud significatur quā Deū, uel eum ho= =  
minem illis fauore, atq; esse benevolum. Moschē Deus te= =  
statis fuerat inuenisse cum gratiam in oculis suis, huius fi= =  
dutia ille orabat. In quo tandem cognoscetur, quod inue= =  
nerim gratiam in oculis tuis, ego & populus tuus? Nun= =  
quid si ambules nobiscum, et admirabiles factisuerimus,  
ego & populus tuus præ omnibus populis, incolentibus  
hunc orbem? 2. Moschē 33. Quæ oratio huiusmodi fuit.  
Quo Deus palam fiet, quod nos diligis, bencvolentiaq; et  
fauore tuo me & populum tuum prosequeris, nisi dede= =  
cens nos, & admirandos præ alijs populis reddens id de= =  
clareas? Sic quod Iacobū legimus fratri suo Esau munera  
misisse, ut inueniret gratiā in oculis eius 1. Moschē 21.  
Si idiotismum cbræcum nostris uerbis explicare uolueri= =  
mus, dicemus illum dona fratri misisse, ut emergetur fa= =  
uorem

norem eius, sibiq; redderet benevolum : Quodigitur scripturæ dicitur, & græci scripturæ interpres, quos & Paulum secutum satis liquet, χάρις, Latini vero gratiam uulgo uerterunt, proprie nobis benevolentiam, charitatem, fauoremq; significat. Vnde & benevolentiam pro eo quod Paulus χάρις dixit, per Epistolam hanc, quo planius esset quid hac uoce. **χάριτος** Apostolus sibi uelut posui. Gratia enim latinis eorum esse dicitur, quibus fauetur, nō qui fauet, ita gratia ualere aut efficere aliquid dicuntur, qui fredi aliorū fauoribus, quid possunt aut efficiunt.

Pacis uero nomine Apostoli<sup>u</sup>s prosperitatem & rerum successum significasse uidetur. Omnino enim scriptura pacis nomine secundas res intelligit. Sic quod Ioseph fratres suos rogabat, primo Moschēh 43. nunquid pax est patri uestro? quid aliud erat quam si dixisset, nun quid bene habet pater uester, & rerum successu fruatur? Idem David pueros suos precari iubilat Nabal, cum iuberet illi dicere. Tibi pax & pax domui tue, & pax omnibus que habes. Perinde enī hoc erat atq; si dixissent. Precamur, ut recte habeas, tu, domus tua, & que possides. Proutde Paulus Ephesijs, ut & alijs dum gratiam & pacem precatus est, optauit, ut benevolentia Dei & fauore, ac inde uera prosperitate rerumq; beato successu frucentur. Ac si dixisset: Dignetur nōs Deus pater et Dominus noster. I E S V S Christus, sua dilectione & fauore

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

& fauore, & donet, ut secunda uobis sint, & recte ha-  
beant omnia.

Dominus  
Iesus.

Dominum autem nostrum I E S V M Christum cum patre Deo coniunxit, quod per eum omnis in nos Dei & benevolentia & beneficentia deriuetur. Ut enim meruit hanc nobis sua morte, ita posuit cum pater suis caput & principem, qui suo spiritu eius quoq; participes, illos red dat. Condita sunt per eum omnia. iohann. i. ita instaurare quoq; cuncta per ipsum pater uoluit, de quo infra hoc capite sectuincula quinta.

Pater.

Deum autem patrem appellat, quia electis, quorum ut sibi spiritu suo renatorum, pater existit, scribit. Christum ferre Dominum nostrum uocat, quia illum in praesenti regnare pater uoluit, donec hostes uniuersi pedibus eius subiiciantur. 1. Corin. 15. Habent autem haec uoces uim simul suadendi fidem eorum que precantur, si enim Deus pater, & I E S V S Christus, qui iuxta nomen suum scru- uator & beator est suorum, Dominus noster existit, certi sumus, ut benevolentiae eorum, ita & solidae felicitatis, que pax illa Dei & Christi est, nos compotes & iam per fidem esse, & olim plenissime per reuolutam fruitio- nem fore. Illud per se satis patere puto. Idem esse beneuo- lentiam & pacem Dei, atque beneuolentiam & pacem  
a Deo.

Docemur autem hic fauorem Dei rebus omnibus an-  
teferre, quod ab ipso solo ueniat pax, id est, rerum omni-  
um felicitas uera, cum fauor hominum a uero et bono sae-  
piissime

piissime datorqueat, et miseros plerumq; fœlices nunquā reddat. Amor siquidem amore emittur, & benevolis atq; fauentibus aduersari difficile est. Vnde fit, dum homines Hominū fauor. fauent, ut iuoluntati & cupiditatibus suis, quæ nunquam non ad malum propendent, nos obnoxios reddant, gratiaq; iam sua plus quam Deus ipse apud nos ualcent; efficiantq; ut non raro, quo illis gratificemur, & dicenda taccamus, & tacenda dicamus, omittendaq; multa faciamus, & facienda omittamus. Hinc est illud quod Paul. Galatis scripsit. Si adhuc hominibus placet, Christi seruus non essem. Requirit siquidem Christus, ut omnis gloria transcribatur Deo, homines autem, qui tantum homines sunt, suam ipsorum gloriam ubiq; querunt. Quocirca qui Christo sese addixerit seruum, hominum fauore illico excidet, quod ille suis prædixit, nempe fore eos odio omnibus hominibus. Matth. 10.

Sic se habet & ab hominibus profecta fœlicitas, ferè à studio Dei excludit, & ad indigna detorquet, eoq; reclusa miseria quam fœlicitas dicitur. At à patre & Christo profecta pax, hoc est, optimarum omnium conditio, ueraq; prosperitas in eo sita est, ut renouatori spiritu sancti cuncta in nobis obsecundent, & homo ille inter nus, qui quotidiane ad archetypum Christi restauratur, habeat quam commodissime. Hoc iam germanū consummata beatitudinis specimen est, & beatissimum initium, certaq; ut in hoc saeculo haberi potest felicitas.

Gratia

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

## Gratias sit & laus Deo.

A gratiarum actione, & commemoratione suæ pro Ephesij precationis, & utraq; satis prolixæ, ut quibus totum primum caput Epistole huius impleuerit, exordiatur, quibus simul totam redemptionis nostræ rationem et historiam explicat, omnia docens, diuinæ bonitati & electioni tribuenda. Ac ita bñeuolentiam & attentionem Ephesiorum, sibi cum enarratiro mysteria regni Christi, tum monituro illos officij, ut dignam Christiano nomine uitam uiuerent, non tam dextre quā potenter parauit.

Benedi-

ctus Deus.

Pro eo autem quod Paul. habet ἐυλόγητος θεός referens illud, in scriptura frequens בָּרוּךְ רַבָּה רֹאשׁ, posui: Gratia sit & laus Deo, id enim mihi hoc: Benediclus Deus, significare uidetur. Dei siquidem benedicere erga nos, est nobis benefacere. At dum illi nos benedicimus, eū laudamus et pro acceptis beneficijs agimus gratias. Erasmus non inscire reddere solet hoc ἐυλόγητος θεός laudandus Deus, quasi dixisset Paul. Vere nobis laudandus & celebrandus Deus est, qui &c.

Semper  
agendæ  
Deo gra-  
tie.

Monemur autem hic, ut in gratiarum actionem erga Deum erumpamus, quoties de beneficijs eius sermo inciderit, aut quoties peculiaris beneficiorum ipsius obtigerit sensus. Sic Christus quoties panem in manus accipiebat, gratias solebat agere patri, quod ipsum alicubi Euangelistæ benedicere uocarunt. Commemoratione siquidem beneficiorum Dei, amor & fides in Deum, tantum benefactorem, accenditur, quibus hic uita beata & consistit

sistit & promouetur. Quare sancti omnes plurimi semper in gratiarum actionibus sucre, apud nos, quod infrequentes habentur, stupentis ad Dei bonitatem animi, argumentum est. Paulus in omnibus suis Epistolis, praeter eas quae ad Galathas & Titum scriptae sunt, à gratiarum actione exordium fecit. In altera ad Corinthios, eisdem etiam, quibus hic uerbis, quibus & Petrus suam auspiciatus est, priorem illam, quae germana Petrina habetur. Quod autem ad Galathas ab illorū obiurgatione, & non pro more suo à gratiarum actione exorditus est, in aperito causa esse uidetur. Eo enim relapsi erant, ut obiurgandi magis quam pro eis gratiae agendae essent. In ea uero ad Titum studuisse uidetur non pauca præcepta quā breuiissime complecti, qua forte causa noluit in gratiarum actione & commemoratione beneficiorum Dei immorari, præsertim apud eum, apud quem indubie iugis & uia bonitatis diuinæ memoria uigebat.

Patrem Domini nostri IESV Christi, hic Deū uocat, Pater Dominus nimis Iesu. quod nimirum Dominus primogenitus sit, & unice dilectus filius, cuius omnia patri probantur, splendor gloriae & expressa imago substantiae eius. Heb. 1. p quem denique contingit & nobis, ut in filios pater adoptet, in quibus scilicet ipsis et merito & spiritu, imaginē suam restituit.

**Qui omni nos genere spiri-  
tualiis beneficentiae.**

Ad uer-

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Benedixit  
nos.

In cælesti=  
bus.

Aduerbum græca habent. Qui benedixit nos in omni spirituali benedictione, in cælestibus Christo. Iam satis constat Dei benedicere esse benefacere, & benedictionē eius beneficentiam. Sic benedixit primis nostris parentibus indita uirtute gignendæ prolis, collataq; uirtute animalibus alijs dominādi. Moscheh si. Quod ergo Paulus scripsit. Qui benedixit nos omni benedictione &c. quo facilius Apostoli sensus perciperetur, reddidi. Qui omni nos genere spiritualis beneficentiae, bonis nimirum cælestibus, affecit. Nam hoc, In cælestibus, adiectum puto, ad explicandum, quid benedictionem spiritualalem uocasset. Eadem namq; bona sunt cælestia, que & spiritualia, nimirum, quibus ditatos & Corinthios Apostolus scribens illis, gloriatur. Sermo scilicet Dei, iustaq; cognitio mysteriorum Dei, aliaq; spiritus dona, quibus testimonium IESV Christi confirmatur. Dicūtur autem ideo cæstia, quod nihil eorum terrenus Adam uel percipit. Dicuntur & spiritualia, quia operatur ea in nobis spiritus Dei, cum nihil tale possit caro & sanguis.

Illud Christo, per Christum uerti, quia hic spiritus Christi donum est, de quo infra 4. secti. 3. Si quis tamen uelit hoc intelligere, quasi Apostolus significarit, nos spiritualibus illis bonis Christo ornari, ad cuius gloriam sancti omnia referunt, cum eo non pugnauero, quanquam prior sensus uideatur germanior. Monemur uero hic ut cognitionem Dei, fontem omnium bonorum spiritualium cunctis rebus anteseramus. Si namq; quicquam aliud præstabiliss,

stabilius, hominibus sanctis cōtingere posset, ut eius Paulus & sui non fuissent expertes, ita pro eo etiam gratias egisset. Charum igitur in primis uerbū Dēi. Charā Euangelij tractatio, quibus cognitio Dēi in nobis & gigni & ali solet, esse nobis debet, quotquot de Dēo gloriamur.

## Quemadmodum per illum nos ante conditum mundum &c.

Vt mox omnia diuinæ bonitati, & nihil nostro merito tribuendum doceat, commemorat hanc spiritalem beneficitionem, & cælestes opes cognitionis Dēi & uitæ diuinæ nioris inde nobis prouenire, quod ante conditum mundū nos Deus per Christum in hoc elegerit, ut simus sancti, et ipsius quoque iudicio inculpati &c. Solida namq; sanctitas, ut supra in seculum primam diximus, fide constat, & uita, etiam iudice D E O, criminē uacans, dum per dilectionem nimirum omnium commodis interfuit, qua semel uniuersa legis præcepta perficiuntur, bona illa spiritualia & cælestia sunt, quibus suos Deus ex benignitate sua afficit, illis benedicens. Cum hæc igitur inde filijs Dei contingunt, ut diserte hic Paulus docet, quod in hoc ipsum nos Deus, priusquam mundi iacentur fundamenta, elegerit, antequam omnino essemus, nihil profecto sanctitatis, uitæq; probatæ Dēo, humanis viribus potest tribui, sed liberæ ac benignæ Dei electione accepta omnia referri oportet.

Non tamen id sine mediatore. Ut enim sanguine suo  
D Christus,

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Christus sanctificantem illum spiritum filiorum Dei, qui  
et fide illos Deo consecrat, et per dilectionem proximi  
mis uiuere facit, promeruit, ita ante iacta mundi funda-  
menta, gratia sanguinis huius olim fundendi, sancti in al-  
bum filiorum Dei inscripti fuere. Nam sunt Deo omnia  
presentia. Hoc uero est, quod Paulus ait, Εξελέξατο  
μουσαράποντω, id est, ad uerbum, elegit nos in ipso, ego  
uerti per ipsum, quo dilucidius esset, Paulum Christi me-  
rito tribuere nostri electionem. Nisi quis forte, per hoc,  
(in ipso) intelligat, sanctos in Christo, id est, ut membra  
cuius, simul cum ipso, in uitam sanctam et beatam fuisse de-  
stinatos, qui quidem sensus, cum Pauli doctrina haud male  
quadrat, sed nec a priore multum euariat. Id enī pro sanctos  
Deus simul cum Christo, ut eius membra, in sortem filiorū  
suorum elegit, utique merito capitis Christi, ipsis contigit.  
Et in Christo electum esse, uitaque sancta et beatata donari,  
haud aliud est, quam Christi merito et gratia electis adnu-  
meratum esse, facultatemque sancte et beatè uiuendi, di-  
uinitus accipere.

Per seue-  
rantia  
fidei.

Animaduertendum hic, quod et per potiorem Epi-  
stolae partem Apostolus inculcat, a libera Dei electione,  
meritoque Christi, omnē nobis sanctimoniam, et felicitatē  
contingere, et nullis nostris operib. Eoque qui uere Deo si-  
dit, hoc est, per spiritū sanctum p̄suasus, certa spe expe-  
ctat, dum se Deus iustū et beatū reddat, eū necesse est, ni-  
hil minus timere, que ut ex albo filiorum Dei aliquando ex-  
pungatur, fideque excidat. Sicut expungi illū, atque fide ex-  
cidere, tamimpossibile est, quam ut Dei propositū reddatur

irritū. Quibus datur credere, ijsdem iam datum est, esse filijs Dei. Iohan. 1. idq; quod in hanc sortē delecti sint ante conditū orbem, ut hic docemur. Quæ iam peccata, æternam Dei electionem, & prædefinitionem eluderent, & ex filijs Dei, redderent filios Satanæ? Proinde simulacrum fidei, non fides fuerit, ubi de æterna erga nos Dei benignitate dubitatur. Aliud est, esse filiū & hæredem Dei, quā modo credere, & postea Deum negare. Sed de his plurā in sequentibus.

Alterum hic perpendendū, quod uocatio & sors filiorum Dei est, ut sancti & inculpati uiuant coram Deo, qđ uerti, ipsius quoq; iudicio, ut plane hoc significat. Sancti, hoc est, diuini sumus, ut dictum est per fidem, qua naturæ Dei reddimur consortes, addicti bonitati eius, cuius genitū spiritu eius pcepimus. Inculpati autem sumus corā Deo, dū totos nos, ad inserviendū proximorū salutis impendiū, qđ Lex & Prophetæ unice hoc exigant, neq; poscat aliud mandatū Christi nouum, unde addidit Paulus in dilectione, nimirū proximorū. Hæc enim lydius lapis est, quō internoscuntur filij lucis, à filijs tenebrarū. Nam ut omnia alia hypocritæ simulent, sincera proximorū dilectionē, qualis scilicet à Paulo 1. Cor. 13. describitur, simulare non possunt. Loquātur igitur Anabaptistæ, cū Papistis, occidentis Iudeis, Machometanis, Sarcoeuangelicis, ac omni genus superstitionis, linguis hominū et Angelorū, sciant oīa mysteria, edat adhuc miracula, profundant facultates universas, tradat sua corpora, ut cremetur, ut uno uerbo dicitur.

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

eam, habeant in se, semel admiranda stupendaq; omnia, dum abest illis, longanimitas, benignitas, negligens sui, studium iustitiae & ueritatis in omnes, summa tolerantia, facilitas, & candor, adest uero inuidentia, procacitas, tumor, fastidium fratrum, animi præfratio, iniquitas, difficultas, animus suspicax & infidus, nihil sunt, eoq; nequaquam filij Dei, et nihil minus quam spiritu Christi prædicti, quicquid simulent, aut faciant, aut habeant.

## Qui prædestinavit pridem nos, ut in filios sibi &c.

Sectiun=  
cula 3.

Ut magis certam Apostolus electionem Dei, tū omnia ab illa pendere, persuaderet, adiicit Deum, sanctos præfinisse, & prædestinasse, ut sibi eos in filios adoptaret. Quis ergo casus poscit obtingere tam grauis, qui reprobos faceret, quos Deus mutari nescius, ab æterno præstinauit, uitæ & hereditati salutis? Sed notandus ordo, primum locum habet Dei electio siue prædestinatione, proximum adoptatio in filios, quæ alias uocatio dicitur, dum nimirum spiritu suo donatos, ad se Dominus trahit, suiq; cognitione donat, quos ab æterno ad hoc deputauit. Tertio demum loco succedit uitæ sanctimonia, & dilectionis officiositas, qua bona opera proferuntur, quæ uidentes homines, patrem cælestem, cuius beneficio ea proueniunt, glorificant. Ut ita quartum in sanctis sit, gloria Dei, ex iustitia, qua illos dignatio Dei ornat, resultans.

Hæc uero tanta fœlicitas in nullam aliam caussam restringenda est, quam dignationem diuinæ voluntatis, & me

ritum IESV Christi, propter quem effuse adeo sibi dilectum, ut eius causa diligit & nos, Deus in sortem nos filiorum suorum elegit, prædestinavit, vocavit, adoptavit, iustificat & glorificat. Monemur hic finem omnis iustitiae nostræ esse, ut gloria diuinæ benevolentiae, cuius est, quicquid in nobis boni est, celebris in nobis reddatur. Ut Laudari de nobis cani illud possit. Magnus Dominus & laude am in nobis plissima prosequendus, in ciuitate Dei nostri, monte sancto illius. Regio pulchra, letificans totum orbem &c. Deus dicitur.

Psal. 48. Item illud. Quam amabilia sunt tabernacula tua Domine exercituum &c. Psal. 84. Nam quo alio Deus in nobis, & agnoscatur certius, et glorificetur magnificientius, quam ubi in nobis propensa, & omnibus inseruiens uigeat dilectio, qua boni in quoslibet, optimum in omnia patrem referimus? Hinc arbori iuxta riuos aquarum transplantatae, & suo tempore fructus suos reddenti, semper uirenti palmae, oliuæ quoq; & uiti fructiferæ, horito omne genus fructuum feraci, sancti in scripturis assimilantur.

### Per quem satisfaciente.

Opus mediatoris suis explicat. In Christo inquit, habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. Sane ex eo quod natura non possumus nisi peccare, propendente ad malum à puerō omni cordis humani cogitatione. Moschēh 8. uenundati sumus peccato & morti. A qua seruitute, immo morte, solus filius uere

D 3 liberat.

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

liberat. Id uero hic incipit, dum libertatis spiritum donat,  
qui ad honesta, uitamq; D E O dignam reuocat & im=   
pellit, quantumlibet interim repugnet, seuiens adhuc in  
membris corporisculi huius peccato corrupti, uis illa ad ina=   
lum protrahens, qui in legem membrorum & peccati Pa=   
lus alibi uocat. Atque hic spiritus, pignus certaq; ob signa=   
tio & σφράγισ, uinctio & arrabo est plenæ libertatis,  
quam tum demum consequentur electi, dum mortalia eo=   
rum corpora, ad immortalem uitam fuerint immutata, re=   
fuscitata scilicet per Christum, in die nouissimo.

De quo spiritu Paulus Rom. 8. Vos uiuitis iam, non ui=   
tam carnis & naturæ huius, sed spiritus, quandoquidem  
habitat in uobis spiritus Dei. Nam qui spiritum Christi  
non habet, non est eius. Si uero Christus in uobis (hoc est,  
si spiritus eius uobis contigit, & in uobis agit) corpus qui  
dem morti est obnoxium, propter peccatum, & propen=   
sionem ad mala, usq; in illo furentem. Spiritus autem iste,  
uita est, eo quod ad iustitiam impellat. Cumq; ita spiritus  
eius, qui I E S U M excitauit à mortuis, in uobis habitat,  
idem Deus & pater, qui Christum à mortuis excitauit, ui=   
uificabit & uerstra mortalia corpora, per inhabitantem  
in uobis spiritum suum. Hæc Paulus, cuius sententiam ap=   
pendere, quam numerare uerba malui. Qui pauculis in=   
teriectis eodem loco, hunc spiritum uocat adoptionis,  
quod eo in filios nos sibi Deus adoptet, sui in nobis ima=   
ginem restituens, quo tum freti, patrem ipsum filiali fidu=   
tia inuocamus, qui spiritus, nostro quoq; spiritui, hoc est,  
menti

menti nostræ testatur, quod filij & heredes Dei, cohaeresq; Christi sumus, pariter glorificandi olim, si tamē prius compasisti fuerimus.

Plena ergo nostri redemptio, & in libertatem uindi= Quomo=  
catio erit, cū per hunc spiritum Dei & Christi, animo & do constet  
corpo, ad imaginem primogeniti, perfecte renouati sue nostri re= rimus, non tantum liberi peccato & morte, sed simul bo= demptio.  
nis omnibus beati. Hunc autem spiritum, quo Dcūm no=  
bis datur, hic uel ex parte cognoscere & amare, certo au= tem sperare, olim nos cognituros & amaturos illum, si= cut cogniti & amati ab ipso sumus, indeq; uera felicitate fruituros, à capite nostro Christo, pater uoluit in mēbra illius deriuari. Ipse absq; mensura, nos de plenitudine eius cum mēsura illum accipimus omnes. Hinc recte de se præ dicauit, non nisi per se ad patrem posse perueniri, neq; pa= trem à quoquam cognosci, nisi se reuelante. Quare qui unquam à condito orbe, Deum cognoverunt, aut porrò cognoscent, & iustitiae inde participes facti fuere, & in posterum erunt spiritu hoc diuino; per Christum æter= num uerbum Dei, donati extiterunt, & donabuntur, qui solus hic timore amoreq; Dei, & in proximos officiosita te, immortalitatem docet meditari, speq; huius olim plene consequendæ, erigere & confirmare animos solet.

Atqui hæc tāta Dei benignitas, qua in longe sublimio rem atq; nobiliorē locū restituimur, quā erat unde recidi mus, uere à morte & redempti; uindicatiq; per Christū

D 4 nobis,

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

nobis, non sine satisfactione, ita exigente Dei iustitia, con-  
tingere potuit, eaq; sanguinis, ab omni peccato puri. Vnde  
de incarnari illū, & in carne innocētē pro nocentibus,  
sanctū mori pro impuris oportuit. Qua etiā caussa, & si-  
uerum hominē, absq; tamen uirili semine, ex adūbratione  
uirtutis altissimi, & opera spiritus sancti, concipi illum  
& nasci necesse fuit. Sanguis itaq; Domini nostri I E S V  
Christi, ut Deo nihil non præsens est, placatio & satisfac-  
tio extitit ab eo, quod homo cecidit, & semper erit, ob  
quam Deus peccatis condonatis propitius, ijs, quos ad ui-  
tam ordinauit, spiritū illum suum, de quo disseruimus, do-  
nat, eoq; ad futurę & beatę uitę, cum meditationem, tū  
spem prouocat & agit, atq; in cœlos supernam Ierusa-  
lem habere intentum animum efficit.

Hæc sanguinis Christi expiatio & satisfactione, per ua-  
ria illa & frequentia, sacrificia patrū, legisq; adumbra  
Necessitas ta fuit. Quid enim Dcūm afficeret cædes pecudum, & ni  
sanguinis dor adustæ carnis? At omnis peccati purum filium eius,  
Christi. uitam suam, & omnia chara, ad ipsius mandatum, mor-  
te, summaq; ignominia, animo prono cōmutare, id demū  
delectare gratumq; ipsi esse potuit. Alius siquidem ho-  
nor Dco impendi ab hominc non potest, quā ut uolunta-  
tem eius, qua nihil est melius, rebus semel omnibus præse-  
rat. Quod is plene demū poterit, qui ob illam etiā cede-  
re uitam sustinet, id quod scruator noster fecit. Mori-  
mur quidem & nos, at hanc nostrā, nō tam uitā, quā uitę  
umbrā, quā ob peccatū pridē pdidimus, in gratiā Dei nō  
ponimus,

ponimus, sed ea meritis et iniuris eripitur. Cuius deniq; amore, mille modis, uoluntati Dei repugnamus. At Dominus Iesus declarauit se patre uere diligere, ad cuius mandatum ultra se sc̄ morti obtulit, cui prorsus nihil debebat.

Hoc admirandum illud Dei consilium super nos fuit, et cogitationes, quae omnē narrationē superant, de quib. psalmus 40. canit: Mirabilia tua Domine Deus, multa fecisti, cogitationes tuæ super nos, plures apud te sunt, quā earum possit ordo statui, quantumuis narrem & loquar de illis, enarrari non possunt. Sacrificium & oblationem non probasti, aures perfrondisti mihi (nimirum ut perpetuo domi tuae seruirem, tuae uoluntati, quantus quantus sum addictus, sicut seruis fiebat, quos iuuabat heris suis perpetuo adhaerere. 2. Moschēh 21.) holocaustum & hostiam pro peccatis non postulasti. Tunc dixi, enuenio, in uolumine libri scriptum de me est, ut faciam beneplacatum tuum Deus meus, id per placuit, & lex tua in intimis meis (ut scilicet nihil aequi libeat, atq; tuae uoluntati stude re) Annunciaui iustitiam tuam in concione multa &c. Hæc uero unus quoq; Christus potuit, cum omnium mortalium uoluntas tantum ad malum prona sit, neq; posset in gratiam Dei amplecti, quæ sibi ipsi commodo esse agnoscit, tam abest ut mortem studio Dei suscipiat, cedens illi uitam & omnia. Solus ergo Dominus noster Iesus Christus hostia illa fuit, quæ placare Deum humano generi potuit, & quem uolumen libri, omnis scilicet scriptura sacra sub typo tam multiplicium sacrificiorum, designa-

D s uis consum=

# IN EPISTOLAM DA EPHESIOS

uit, consummatissimis legibus suis requisiuit, & optatis  
salutis uaticinijs promisit.

Hic ille est, de quo & Ieschaiah cecinit ss. quod libue  
rit Domino conterere illum infirmitate, qui si poncret  
animam suam, ut hostia esset pro peccatis, usurus esset po  
steritatem, & uicturus per diu, & beneplacitum Domini  
per eum prospere cursurum. A molestia, grata uisura  
esset anima eius, & bonis satianda, et scientia sua ipse iu  
stus seruus domini, iustos effecturus multos, quorum ini  
quitates ipse ferret (morte scilicet sua illa expiaturus).

Ergo ubi pecuina illa sacrificia, peccata expiare nō pos  
sent, quare et quotannis repetebantur, ad cōmonefacien  
dū, nondū ca expurgata, ut colligit Epist. ad Heb. 10. neq;  
esset alius ex filijs Adam, qui ultro sc̄e dei uoluntati conse  
crare posset, omnib. seipso pr̄ deo amantibus, uenit Do  
minus noster, cui ex animo libuit, patri offerre uitā & o  
mnia. Sic tandem perlitatū fuit pro peccatis electorū & hu  
ius hostiæ gratia, bonus Dei spiritus electis donatur, quo  
alijs facti, & ad DEI uoluntatem compositi, possunt &  
ipſi, sc̄e spiritales hostias diuinæ uoluntati consecrare, ni  
hilsui, sed Dei tantum gloriam in omnibus querentes.

Porro ut omnia diuinæ bonitati deberemus, sicut hāc  
unicā pro peccatis nostris propitiatiōē nos inter & deū  
intercedere oportuit, ita et ipsam, patris benevolentia do  
nari necesse fuit. Is ergo sic mundū dilexit, ut filiū suū uni  
genitū pro nobis traderet in mortem. Ioan. 3. & Ro. 3.

Huius uero mortis beneficio fit pr̄terea, ut quotquot  
domino credimus, non tā patiamur mala, dū aduersis ad-

figimur, quā ad futurā gloriā præparemūr, nec tā moria  
mur, dum uita præsentī defungimur, quām à morte tran=  
scamus ad uitam. Si namque quod res est fateri uolu=  
mus, CHRISTVM confitebimur mortuum pro nobis,  
ut nos plane non moriamur, sed sicut ipse Ioan. 5. testatur,  
transeamus de morte in uitam. Ipse enim uitam uere ha=  
buit, ad uoluntatem patris per omnia comparatus, & li=  
bere cum morte, nostri causa illam commutauit, nos autē  
in mortem nati sumus, tam uacui uita, quām studio Dei.  
Vbi uero nos pater filio suo adducit, seminariū ater=  
næ uitæ illico percipimus, spiritum filiorum Dei, quo certi  
reddimur, nos per illū suscitandos ad immortalitatē in die  
nouissimo, eoq; q; mori corpore uidemur, peccato et mor=  
ti ipsi morimur, ut sato corruptibili, resurgat incorruptibi=  
le, quæ nequaquam mors, sed transitus ad uitā dici debet.

Proinde ut ad propositum huius Epistolæ locum re=  
uertamur, dum diuinæ iustitiæ omnino pro peccatis no=  
stris satisfaciendum esset, neque posset id quisquam filio=  
rum Adam prioris, ad unum perditis omnibus, misit alte=  
rum & nouum de cælo pater, is morti nihil debens, uitam  
ad uoluntatē patris, pro nostris commissis ultro, et propo=  
sito sibi gaudio ipendit. Huius sanguine ille placatus, quos  
ad uitam elegit, spiritu sancto donat, quo à ui Satane, &  
peccati corruptela illos redimit, peccatis repurgans. Sic  
satisfaciēte pro nobis sanguine Christi, redemptionem,  
quæ peccatorum est condonatio, per Christum habemus.  
Et id qdem per fidem, qua certi sumus nos per omnia, ad  
imaginē Christi reformādos in futuro. Hæc uero oīa secun-

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

dū diuitias gratiæ Dei , hoc est, ex amplissima eius bencu-  
lentia, ut equidem uerti. Quam abundare in nos fecit, atq;  
ubertim nobis impertivit , donatis omni sapientia & intel-  
ligentia. His enim fauor bencuuentiaq; Dei , nobis sanguine  
Christi parta , percipitur , dum donati eius spiritu, iam  
cognoscimus, admirabile & saluificum eius super nos con-  
silium, quæ suprema nostra sapientia est, arbor uitæ, quæ  
ex se Dei amorem , lœtamq; in omnibus fiduciam gignit,  
tum & prudentiam , per quam in rebus, ad uitam istam  
attinentibus recto iudicio prædicti , probamus quibus Dei  
gloria, & proximorum salus promouetur, et respiciimus,  
quibus illa remoratur , scientes huc omnia commodum  
attēperare. Hæc nostra est, φρόνκσις intelligētia et pru-  
dentia, qua frugi hominibus, et deo gratā uitam uiuimus.

Sapientia  
& pru-  
dentia.

Vt uero explicaret Apostolus cuiusmodi sit hæc sapi-  
entia sanctorum, ex qua & prudentia uera, ut dixi, gigni-  
tur, subiecit . Postquam ex singulari dignatione sua (sic  
uolui hoc, κατὰ τὴν ἐυδοκίαν αὐτοῦ, exprimere ) no-  
tam fecit nobis arcana uoluntatē suā, quod perinde est,  
atq; mysterion uoluntatis sue. Arcana namq; hæc uolun-  
tas, siue mysteriū uoluntatis eius est , quod ita nos in Chri-  
sto & per Christum , ante iacta mundi fundamenta clegit  
atq; prædestinavit, ut filij ipsi essemus , alijs & noui facti  
per spiritum sanctum , olim per omnia beati futuri, idq;  
nullo nostro, sed solo merito sanguinis Christi. Isthuc qui  
per spiritum sanctum doctus pernoverit , is uere Dicū  
cognoscit, eiusq; erga se bonitatem certo agnoscit, nec po-  
test non amare illum, amplecti q; ut patrem, eiq; sese dede-

re totum, actusq; eius spiritu, ad gloriam ipsius attempe  
rare sua omnia, in quo solida, & sapientia & prudentia  
sita est, quibus omnis cum pietas, tum iustitia, uit& q; mo=  
dus, & animi fortitudo, totaq; uirtutis consummatio, con=   
tinetur. Recte igitur scripsit Paulus hiscc Deum, opulen=   
tiam benevolentiae suae ubertim nobis impertiuisse. Ete=   
nim multi reges & Prophetæ fuere, qui haudquaquam  
tam aperte & clare, ista, ut post prædicatum regnum  
Christi sanctis reuelata fuere, cognoverunt.

Iterum ergo hic docemur, omnem uirtutem & salu=   
tem nostram, bonitati Dei, & Christi merito, acceptum  
ferre, ac nihil prorsus huius nostris uiribus tribuere. Tū  
autem Dei beneficentiam destinatam nobis priusquam  
hic mundus crearetur, nobis exhiberi, meritoq; sanguinis  
Christi nos perfrui, cum per spiritum sanctum, sapientia,  
qua diuinissimum hoc redemptionis & salutis nostræ ar=   
canum pernoscamus, & prudentia, qua omnem uitam no=   
stram ad uoluntatem Dei comparamus, donamur, uber=   
tim autem amplissimam hanc suam benevolentiam Deum  
nobis impertire, dum omni sapientia & prudentia, id est,  
consummatiore et solidiore, quas nullus diuersæ doctrinæ  
uentus queat obnubilare, nos ornat. Quando ergo diuinæ  
literæ ad hanc uere sapientiam & prudentiam, quarum  
fundamentum fides est, erudiant, dum ubiq; & quid deus  
uelit esse nobis, & quid esse nos Deo debeamus, docent et  
monent, Christianorum fuerit, multos in illis esse, iugiq;  
illas meditatione uersarc.

Postremo

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Postremo docemur hic, cum deus solus arcanā suam sit per nos uoluntatem, quib. uult patefacit, nihil fidei sapientiae, aut prudentiae ueræ, humanis posse uirib. parari. sed omnia hæc dona esse bonitatis erga nos dei, qui nullam aliam, quam sanguinis filij sui satisfactionem agnoscit. Sic abunde patet, qui dei iustitiae q; cognitionem, peccatorum remissionē, et nostri redemptionē, aut aliquid horū aliunde, quā à sola dei benevolentia et satisfactione Christi uel ipsi petunt, uel petendū docent, eos ex diametro pugnare cū Euangelio Pauli. Faceſſant igitur cū ueteribus, et noui illi liberi arbitrij, et naturalis luminis, quod ad diuina pertinenda pertingere queat fabricatores. In hoc sanè conueniunt, quotquot unquā errores pietatis scientiæ aduersati sunt, ut liberū arbitrium, uires q; & cognoscendi et amandi ueri, hominib. tribuerent, hoc est, homines deo àequaliter. Ita certe Iudei, Saraceni, Philosophi, Papistæ & nunc Anabaptistæ quidam docent. Cum qui unquam scire docuerunt, cum diuinis scripturis, soli bónitati D E I tribuat omnia, hominib. uero nihil nisi peccatū et puniti.

## Qua proposuerat iam olim dum iustum huius tempus.

Deſſe hic uocula aliqua uidetur, Erasmus ac si d' 150  
Vero Paulus scripsisset, quod proposuerat, legit, cquidem cum existimem Paulum uoluisse hic dicere, deum proposuisse, ut cum secundum dispensationem suam, plenitudo temporis, id est, iustum ac prædefinitum à se ad hoc tempus aduenisset, instaurare summatim omnia per Chri-

Contra li=  
berum ar=bitrium.

stum, malo legere: Quaproposuerat &c. scilicet singu-  
 lari dignatione sua, instaurare tandem ac uelut in unum  
 redacta summare, & ad perfectionem omnia adducere.  
 Si quis tamen hæc legere uelit, tanquam disseparatam à  
 prioribus sententiam, quasiq; τροπασπόδοσιμ prioris,  
 ac si interiectum esset, γαρ, uel s'è in hunc modum. Pro-  
 posuerat enim in ipso, is haudquaquam absurde, meo qui-  
 dem iudicio, lectionem ordinauerit. Vt cunque autem hæc  
 habeant, omnino mihi uidetur, illud ἀνακεφαλαιώ-  
 σασθ, id est, recapitulare, instaurare, uel summatim per-  
 ficer, cum hoc, τροπέτο construēdum, quod nimis  
 Paulus uoluerit significare Deum proposuisse per Chri-  
 stum instaurare summatim omnia. Sic enim ordo uerbo-  
 rum Pauli uidetur exigere. Pro illo autem ἐμβατεῖ Eras-  
 mus legit ἐν δυτῶ, eoq; uerit, in seipso. Cum autem in  
 exemplaris us Græcis quæ quidem nos habemus, non le-  
 gamus ἐμβατῶ, sed δυτῶ, malui uulgata exemplaria  
 sequendo, reddere per illum, nempe Christum, quod per-  
 inde est, atq; in illo, uel in eo, ut Hieronymus legit. Ad uer-  
 bum igitur legitur ē Græco hæc sectiunctula, ad hunc mo-  
 dum. Proposuerat in illo, in dispensationem plenitudinis  
 temporum, recapitulare omnia in Christo, & quæ in cæ-  
 lis, & quæ in terra in illo. Quibus uerbis cum non dubi-  
 tem Paulum uoluissē dicere: Proposuisse Deum, utique ex  
 singulari dignatione sua, id est, κατατήμενοκίαρ  
 εύτοῦ, ut dum iuxta dispensationem suam, plenitudo tem-  
 porum, hoc est, prædefinitū ad hoc tempus aduenisset, cun-  
 cta per

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Et per Christum, uelut in summam unam redacta perfice-  
ret, & quæ sunt in cælo & quæ in terra, reddidiea, ut  
hūc sensum uel aliquatenus exprimerent. Expendet Græ-  
ca diligens lector, phrasimq; Pauli probe perpendat, &  
scopum totius huius orationis, à mentis consideratione  
non amittat, & mirabor si non agnouerit, nos haud lon-  
ge, uersione nostra, à scopo uenisse.

Tria autem hic docemur, primum, quod singulis fere  
apiculis Paulus inculcat, omnia salutis nostræ beneuolen-  
tie Dei eſſe, qui ultrò proposuit, à nemine prouocatus, &  
filium suum unigenitum donare, & per eum omnia con-  
summare. Alterum quod tam cælestia, quam terrena o-  
mnia, quæ nondum restituto homine dispersa sunt, & or-  
dine perfectione q; sua carent, per Christum restituenda,  
instauranda, perficiendaq; sunt, eoq; & Angelos à Do-  
mino nostro ordinis & felicitatis suæ consummationem  
expectare. Etenim non solum uisibilis ista creatura con-  
gemiscit, simulq; nobiscum parturit, sed Angeli, qui o-  
mnes sunt administratorij spiritus, emitti in ministeriū  
soliti propter eos qui hæredes erunt salutis. Heb. i. quem  
admodum gaudent super uno peccatore resipiente, ita  
condolent indubie peccato adhuc pressis, quales sunt in  
hoc sèculo electi omnes, atq; congregantes nobis expe-  
ctant, idq; non sine solitudine, ut redemptio humani ge-  
neris compleatur, palamq; fiant filij Dei.

Dordinibus conditione, & consummata iam beatitu-  
dine spirituum cælestium, multa Thcologi sæculi superi-  
oris

oris adseruerūt, quæ æque incognita ipsis, atq; nullis scri-  
pturarum suffulta oraculis fucre. Scriptura ubi cunq; eo=rum meminit, ut ministrorum Dei, ad salutem hominum  
deputatorum meminit, quare plene beati illi esse nequeūt,  
nobis suis ciuibus, quorum salutē præcipua opera procu-  
rant, cum peccato adhuc & morte anxie luctantibus. De  
inde Paulus nominatum sanctos adscrit iudices fore ango-  
lorū. Cor. 5. & in hac Epistola cap. 3. sect. 4. adfirmat  
multifariam sapientiam Dei notam fieri principatibus et  
potestatibus cælestibus per Ecclesiam. Si ergo discunt illi  
adhuc, & in cognitione bonitatis Dei, quam nouis cotti-  
die miraculis in Ecclesiam uident proferri, promouent, si  
adhaec nos in Christo & propter Christum olim iudices  
& principes suos suspecturi sunt, facile uidere est, à Chri-  
sto eos adhuc perficiendos esse.

Postremo cum Dominus noster Iesus Christus colloca-  
tus sit super omnem principatum & potestatem in cæle-  
stibus &c. ut hoc capite infra sect. 9. Apostolus testatur,  
sit præterea primogenitus uniuersæ creaturæ, quod per  
illum creata sunt omnia, et quæ in cælis sunt, & quæ in ter-  
ra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes  
&c. Coloss. 1. hau dquaquam poterit in obscuro esse, ab  
hoc primogenito esse expectandum, ut ad se omnium ca-  
put & principem, uelut recolligat, suoq; loco restituat,  
non solum homines, sed & Angelos. Qui utique laboran-  
te adhuc capite, in charissimis membris suis, ex hominibus  
electis, non possunt esse consummata felicitate beati, sed

E solicite

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Solcice expectant penitus perfici, quod fiet cum restaurata fuerint commembra illorum & concives, electi ad uitam homines. Tum uero & ipsa creatura ista externa à corruptione cui nunc, nondum nobis plene restitutis, obnoxia est, liberabitur, inseruita filijs dei, iam beatis, & à malis omnibus liberis Rom. 8. Satana tamen, & reprobis, in geenna poenas impietatis suæ usq; daturis.

Dogma Anabapt. uādos eſſe. Anabaptistæ quidam ex his Pauli uerbis, que & Colloſ. 1. Apostolus scripsit, colligunt Satanam & reprobos quoq; tandem saluari. Vrgent enim quod Paulus scribit, omnia & quæ in cælis & quæ in terra. Sed perpendendum illis erat, quod Apostolus hic & ad Colloſ. tantum de electis ad uitam æternam loquitur, quibus possit contingere, ut expurgatio ab omni peccato, ita & uera cognitio Dei, quæ uita æterna est, iam dum peccatum in spiritum sanctum, quo peccant Diabolus & angeli eius, cuncti reprobri, neq; hic neq; in futuro remittitur, non poterunt hi ad hanc renouationem & consummationem peruenire, cum tamen reliqua ista externa creatura, uanitati subiecta, non uolens, sicut perduto homine corruptioni et ipsa obnoxia facta est, ita restituto cor rursus liberada sit.

Optarim equidem dari hic nobis Christo penitus nos dedere, & ad regni Dei hereditatem ipse nos in regeneratione aduocabit, iussis contēptoribus suis facessere in ignem æternum, paratum Diabolo & angelis eius. Nondum, quam electis nobis Deus bonitatem & cottidie exhibet, &

bet & in futurum pollicetur, satis quisquam agnouit,  
 & scilicet de bonitate exhibenda olim Diabolo & re= probis, sollicitos esse decebat? Quibus igitur libet curiosis,  
 magis quam paucis esse, haec relinquamus, cum Apostolis &  
 omnibus sacris scriptoribus, per pensuri & prædicaturi,  
 quam nobis beneficentiam optimus & indulgentissimus  
 pater & impertit, atque porrò imperturum se promittit.  
 In hoc namque spiritum ex D E O accepimus in=  
 quit Paulus 1. Corinth. 2. ut sciamus quæ donata sint no= bis à C H R I S T O , non quæ Satanæ & repro= bis. Haec & loqui se Apostolus ibidem testatur, eadem lo= quamur & nos. Et infrà certe Secti. 8. non aliam Ephe= sijs sapientiam & reuelationem à D E O precatur,  
 quam quia ipsum cognoscant, & illuminati oculos men= tis sciant, quid ex uocatione sua ei sperandum sit, & quæ opulentia glorie hereditatis, quam donauit sanctis & ce= tera. Ex his siquidem consideratis recteque cognitis,  
 amor in nobis D E I, fastidiumque omnium quæ Deo aduersantur, cum alitur, tum augetur, cum illa de Satana & reprobis disputatio, nihil nisi inani fluxaq; cogitatio= ne à proprie ad nos pertinentibus, differat.

Porrò instauratio ista, recapitulatio atque summatio,  
 omnium quæ in celis sunt & in terra, hoc est, omnium ele= clorum ad beatam uitam spirituum, ac rerum, quæ felici= tati horum debet inscruire, in eo hic cæpta est per Domi= num, dum spiritu suo & prædicatione Euangeli, filies dei,

E 2 qui

## IN EPIST. AD EPHESIOS.

qui erant dispersi, cœpit congregare in unum, caussa cuius & mori ipsum oportuit, Iohan. 11. perfecta autem erit quando tradito regno Christi Deo & patri, Deus fuerit iam omnia in omnibus. Cum scilicet omne eieclum peccatum, & potestas aduersaria, cum quibus nunc Christus, citra inducias bellum gerit, deuicta profligataq; penitus fuerint, plenéque in eleclis imago dei restituta. Quætum sanctorum reparatio, secum trahet & cælorum teræq; innouationem, uereq; tunc erunt cæli noui, & terra noua, cū stabit Ieruschalam illa superna tripudians, populousq; eius perpetuò gaudens, Iescha. ss.

Tertio hic animaduertendum est quod scribit Apostolus, proposuisse Deū in dispensationem plenitudinis tempore, hoc est, iuxta dispensationem cōpleto tempore, in omnibus rebus Deus, καὶ γοὐ, id est, non tam tempora, quam oportuna tempora, quæ certo & infallibili ordine dispensat, ut neq; anteuersti, neq; præteriri queant. Sic & ad Galatas 4. scribit: At ubi uenit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum, hoc est, dum completum fuit tempus, utiq; quod pater ad hoc prædefinierat.

Hoc si persuasum omnibus esset, primum pontificiarū ceremoniarum studiosi, hoc suum argumentum. Qui fieri posset, ut tot optimis patribus abscondita ueritas, nunc demum reuelaretur missum facerent, & agnoscentes omnibus reb. Deū certa tempora præfixisse, quæ et cuiusmodi essent, quæ Christi nomine offerūtur, potius expēderet. Cū utiq;

utiq; non minus modo reuelare Deus possit, quæ diu tecla fuerunt, quæm initio Ecclesiæ Christi fecit, quum myste rium Christi sui, quod alijs sœculis homines cœlauerat, sanctis Apostolis & Prophetis rectexit, de quo infrâ cap. tertio secti. 2.

Deinde maior esset atq; officiosior & apud eos qui si bi Christum uidentur agnoscere, dilectio, qua erga et infirmos fide, & Christi adhuc in totum: ignaros, mitiores atque tolerantiores sc̄ se exhiberent, agnoscentes quod si cut patris solius est, & ut insitos filio palmites putet, fructumq; ferre faciat, & ut filio quos pridem elegit, aduocatos inserat, sic utrumq; facturum suo tempore, cuius momenta cum à nobis iure ignorentur, nostrum esse, ut æquore animo expectemus, dum pater & nos & alios perficiat. Certe latroni illi, ultimum uitæ tempus, in quo regno Dei adduceretur, præfixum fuerat, cum tamen ante ita mundi fundamenta ad id electus fuisset. Cui si quis ini quior fuisset, etiamnum latrocinijs incumbenti, electo nihilominus filio Dei, iniquior extitisset. Ita si scirent multi, quos sæpe fastidirent, ac etiā iniuria afficerent, nempe filios & hæredes Dei, omnillos officiorum generem malent demererri. Neminem igitur temere abijciamus, nisi quem ad mortem & in spiritum sanctum peccare cognoverimus, sustineamus potius officiosi in omnes, dum pater filios suos, & fratres nostros, & ad C H R I S T U M suum pertrahat, qui adhuc à regno eius alieni sunt,

Nemo temere abijciendus.

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

sunt, & perficiat quos iam ad eum pertraxit. Nós do-  
cere monere & precari possumus, his incumbamus di-  
ligenter, reliqua curæ patris relinquenda sunt, & no-  
bis interim exercenda & in malos dilectio, ut patrem  
nostrum referamus, iniustis & ingratibus solem suum plu-  
uiamq; donantem. Denique si animus noster, memoria  
semper teneret, D E V M omnia per certum tempo-  
rum decursum administrare, & crucis tolerantiores esse  
mus, perpendentes ultra iustum tempus patrē nostrum,  
noſtri redēptionem haudquaquam dilaturum.

Ne uero hoc præcreā, forsitan intelligi hæc secti. & sic  
posset, proposuerat recapitulare, hoc est, summatim in-  
staurare omnia ad unū reuocata, per C H R I S T V M,  
in dispensationem, id est, ad hoc, ut prædicando, isthuc  
mystrium, uelut peculiares diuitiæ sanctorum, cibusq;  
uite, dispensaretur, idq; in plenitudine temporum, hoc  
est, impletis iam oportunis, nempe pridem ad id diuini-  
tus ordinatis temporibus. Certe infrà capite quinto secti-  
uncula prima Apostolus memorat, τὴν οἰκονομίαν, id  
est, dispensationem gratiæ, siue benevolentiæ D E I, si  
bi datam esse, per quam dispensationem, munus Euangeli-  
zandi utiq; intellexit.

### Per quem & in sortem sanctorum.

Repetit alijs uerbis, quæ & in prioribus sectiunculis  
memorauit, uolens penitus animis Ephesiorum, ac omni-  
um qui

um qui haec legerint Christianorum, infigere, unde iustitia & salus expectanda sit, & quo pacto a nobis percipitur. Per Christum iam dixerat, Deum uoluisse omnia perficere, in unum reuocata, quo ergo ampliorem agendi bonitati eius gratias, materiam, & sibi & illis esse propositam ostenderet, subiecit iam in se & illis opus istuc instaurandi & perficiendi omnia, per Christum cœptum esse. Se & alios Apostolos priore loco ponit & περὶ οὐκαπτικοτάξ, id est, qui priores sperauerint, uocat, ut doceret nulli prorsus alia ratione, quā per spem in Christum, salutem posse contingere. Hoc est quod ait: επειδὴ εκληγόθη με, id est, in quo uel per quem, sortiti sumus, id est, in hereditatē, quæ q̄ sorte diuidi solet, sors dicitur, assumpti sumus, hoc autem idem est, atque in sorte sanctorū adlecti & adsciti sumus. Ex uniueritate enim mortalium, quosdam Deus, uelut partem et hereditatem, ac possessionem peculiarem sibi delegit, quorum typum gesit, quo ad gentes orbis reliquas, populus Iisraëliticus, & quo ad hunc, tribus Leui. Si quidem populo Iisraëlitico sic dixisse Moschē legimus, quinti Moschē septimo: Populus sanctus es Domino Uotuo, te elegit Dominus D E V Stuus ut sis ei populus peculiaris, præ omnibus populis terræ, idem et 14. in eodem libro legimus. De Leuitis quarti Moschē decimo sexto & alijs locis. Iam ex Prophetis atque Apostolorum doctrina satis liquet, eos demum uere sanctos D O M I N O & de populo eius esse, qui ad id fuit

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

erint electi diuinitus ; à quocunque genus secundum caro  
nem ducant . Hinc in omnes Christianos quadrat , quod  
Petrus secundo capite in priore Epistola sua scripsit : Vos  
autem genus electum & cætera . Id ergo , ex libera D E I  
electione omnia salutis prouenire , ut iterum atque iterum  
repetens magis inculcaret , Apostolus & hic subiicit :  
Præordinati iuxta propositum eius , qui omnia in nobis  
efficit . Tam diligenter cauit ne aliquid nobis arrogemus .  
Vnde & hoc addit : Et iuxta bencuolum arbitrium , siue  
consilium eius , id enim significat , κατὰ τὴν βολὴν  
τοῦ θελήματος αὐτοῦ .

Vide quod inter sanctos D E I , qui sunt ei sors , &  
peculiaris possessio , in quibus in exhaustas bonitatis suæ  
opæ præcipue ostentat , locus nobis contigit , D E I be-  
neficium est , qui ita proposuit , atq; id nō aliunde adductus ,  
quā ex cōsilio et arbitrio uoluntatis suæ . Ita bonitati eius li-  
buit , ex qua sola motus , nos cū ipsi oportuni est , attraxit ,  
& effecit , ut libeat uicissim alijs rebus omnibus ualedice-  
re , & suo regno nomen dare . Efficit siquidem in nobis  
omnia , idq; ad hoc , ut relucente in nobis tam ampliter sua  
bonitate , & radiante luce iustitiae qua nos perfudit , ui-  
dentes homines bona opera nostra , ipsum aut horē omni-  
um glorificant . Quippe referre accepta illi omnia opor-  
tet , à quo cuncta proficiuntur . Idem & supra 3 . sect . to  
tidem uerbis scripsit , adeo cupiebat nos agnoscere , ad dei  
gloriam , omnia nostra referenda esse , uide supra plura .

Porrò

Porro spes & fidutia in Christum collocata, ea demū est, quā nos d. electionem sentimus, & bonitatis eius erga nos gustum aliquem percipimus. Hac enim certi sumus, nos olim omnibus malis liber andos, & bonis uniuersis cumulandos. Hac fidutia uiuunt hic iusti, quae in nobis simul atq; per spiritum sanctum, ipsum saluatorem nostrū esse, persuasi sumus, cognitum. Vnde Paulus subiungit, in quē & uestram collocaſtis, postquam sermonem uerū, Euangelion salutis uestræ, audiuitis. Utq; non auribus carnis tantum, sed & mentis illustratæ spiritu Dei. Vnde agnoscentes uerū Euangelij sermonem, non potuerunt non omnem in Dominum sp̄cm collocare, quem Euangelion saluatorem suorum tam magnifice, nec minus certo praedicat.

Hinc uideas, quam malo spiritu agantur, qui publicū exterræ prædicationis Euangelij usum cupiunt submotum. Ephesij ea audita, crediderunt in Christum, ita fere ad illum perducūtur electi uniuersi, quamlibet incrementum omne spiritus Dei sit. Qui igitur recte sentiunt, prædicatores Euangelij, cooperarios Dei confitentur, non quidem, qui suis uerbis, ceu uchiculo spiritum auditoribus adferant, quod quidam sibi fingunt, sed quos tamen Deus, quo arctior inter electos amicitia constaret, suam uoluit operam simul adhibere, sine suo spiritu inefficacem illam quidem, attamen dum ipsi ita uisum est, & ad alendam sanctorum inter dilectionem facit, nequaquam superuacaneam, aut contempnendam.

Qui publicum uerbi usum uolunt subuertere, malo spiritu agunt.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Nota uero Euangelion dicit salutis uestre: Nam an-

**Quid** nunciatio est redemptionis per Christū partē. Hoc Christus ipse prædicauit, & suis prædicare mandauit, & qui dcm omni cœteturā, quare Christo aduersari necesse est, & salutem hominum quantum in ipsis est, remorari, qui contendunt illud non omnibus annunciatum, sed quibusdam legem potius prædicandam, cuius prædicationem nusquam tamen Christus commisit. Ut enim gratia nobis p eum reparata est, ita hanc potissimum uoluit in suo nomine inuulgari. Resipientiam quidem & uitæ innouationem, & ipse auditoribus suis commendauit, & commendare illam alijs Apostolos suos iussit, uerum quemini nisi per ipsius spiritum, eoq; & credenti ipsi, possit contingere. **Quod docere, est pœnitentiam, hoc est, uitæ immutationem in nomine eius prædicare, de quo monuit Lucæ ult.** Legem uero prædicare est, præcepta ut Mōscheh fecit tradere, hoc facito, isthuc uitato. Istis ut ad solidam pietatem nihil proficitur, ad hypocrisim uero plurimum, sic Christus & Apostoli nulla tradiderunt, semper autem Dei bonitatem summopere commendarunt, & ad fidendum illihortati sunt, eo quod hæc animis uere persuasa, eos prorsus immutet, & referre se efficiat, ut nequeat non consequi, & uitæ modus decentissimus, & amor proximorum officiosissimus.

Nam ubi Christus & Apostoli uidentur præcepta tradidisse, si uerba eorum recte intucaris, uidebis eos nequaquam noua præcepta, sed uel ante traditorum ex-

plica-

plicationes, quales oratio illa Christi in monte habita  
continet, aut certe monitiones, quibus sancti, eius quod spi-  
ritu docti iam probe tenent, ac cupiunt etiam perficere,  
admonentur, ne alio affectibus carnis acti, in officio cef-  
sent proposuisse. Etenim cum tota lex, in hoc uno uerbo,  
diliges proximum tuum sicut te ipsum implatur. Gal. 5.  
atq; ideo omnifaria pietatis & iustitiae consummatio in  
eodem continetur, quæ tandem præcepta Christus &  
Apostoli dare potuissent? Hoc igitur egerunt docendo, ut  
electi exuti seipsis, diligere proximos possent, tum diligen-  
ter in omnibus, quæ dilectio posceret, animaduertenter.  
Vtrunq; ex sola fide prouenit, quod nec abnegare semet  
ipsum, nec amplecti proximum quisquam possit, nisi qui  
certus sit, sibi ipsi antea esse abunde prospicuum, cuius iſ  
demum certi redduntur, qui per Christum Dcūm patrem  
suum esse agnouerint.

Hoc docet Euangeliū gratia, quare in eo prædicādo,  
Christus & Apostoli toti fuerunt, adiectis simul suis lo-  
cis, quibus de officijs dilectionis monuerunt. Hanc enim  
uitæ magistram esse oportet, & externa omnia attempe-  
rare, unde mandatum & præceptum suum ac nouū, Do-  
minus hoc esse uoluit, ut diligemus nos mutuo. Quod  
ipsum licet ubiq; & Lcx & Prophetæ uel solum requi-  
runt, dum nouum tamen & proprium à Christo mandatum,  
uitæq; institutum, discipuli eius expectarent, recte  
illis respondit, hoc ipsum illud nouum, & suum præceptū  
esse,

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

esse, ut mutua inter se charitate essent. Nam præter hanc nihil Deus exigit, & ea hominem Dei totum perficit, patrīq; similem reddit, est deniq; uita hominis noui.

Præceptū  
dilectionis  
nouum &  
uetus.

Præceptum simul uetus est & nouum, uetus quia ab initio in omnibus præceptis suis Deus hanc præcipue requiriuit, nouum, quia per Christum primum, abolitis spiritu suo uarijs illis de rebus externis præceptis, uerū & efficax in pluribus redditum est. Certe si hæc desit, præceptis quamlibet bonis & sanctis hypocritam efficies, bonum uirum non efficies, adesse autem illa haudquaquam potest, non credenti, ut credenti non potest decessere, proinde in primis ea prædicanda sunt, quibus in Dcūm fides lignatur, quæ sunt, quibus Dei erga nos, in Christo exhibita commendatur bonitas. Sic uides Christum, in sermone cum Nicodemo, cum Samaritide, ad Iudeos, ad querentes se ut regem faccerent, tum & in præclara illa oratione ad discipulos in nouiss. cæna, in primis ad credendum sibi, inde ad dilectionem prouocasse, missis præceptis uitæ alijs quibus suis. Sic & Apostolos uidemus ut Christum redempcionem commendaret in primis studuisse, tam in concionibus, quam Epistolis, licet in his, ut quas scripserunt ad eos, qui ueritati iam accesserant, de officijs dilectionis monitiones semper adiecerint.

Quæ  
Christia=  
nis potiss.  
inqui=  
renda.

Facebant igitur noui illi lib. arbitrij assertores, qui homines præceptis iustos reddituros se pollicentur, & queruntur nos plus satis Euangelij, minus uero legis prædicare, qui iubent animaduertere, cui conscientia repugnet,

gnet, quid imperet, ut illud fugiant, hoc sequantur, reue-  
hantq; nobis illam Aristotelicorum Theologorū, συντή-  
γκότηψ. Vera namq; repugnantia mali, & impulsio  
ad bonum, opus est spiritus filiorum Dei. Gal. 5. Ceterum  
omnis humani cordis cogitatio à puerō mala est. Mo-  
scheh s. Ecq; in certam perniciem detrudūt isti, dum pro-  
prij cordis cogitationes sc̄qui iubent, multumq; aberrat,  
quod omnibus hominibus, ueram mali repugnantiam, im-  
pulsionemq; ad bonū inesse putant. Quibus enim semen  
Dei abest, quod solis electis adest, ij dicunt in corde suo  
non est Deus, propendetq; omnis eorū cogitatio & sen-  
sus tantum ad malum. Moscheh s.

Nouus ex  
ror aſe=  
rentiū lib.  
arb.

Nos potius audiamus Dominum, qui s. Moscheh s. &  
11. mandauit, ut quæ ipſe præcepit in corde, & animo  
continuo uersemus, & ubiq; nobis obuia reddamus, ne  
quid eorum excidat. Inhabitetur in nobis, quod Paulus  
Coloss. hortatus est sermo Christi opulente, cum omni fa-  
pientia, ut doceamus & moneamus nos in uicem. Sic &  
quid Dominus suo spiritu cordibus nostris loquatur, ex-  
audiemus, probe discernentes motū spiritus S. ab affectu  
carnis, & ut filij Dei, spiritu Dei agi nos sentiemus, pro-  
cul ab ea arrogantia, ut ipsi agere nos metipos præsume-  
remus. Fides ex auditu uerbi Dei prouenit, non quidem  
externo solo, at eo, quicum externo scripturæ uerbo ne  
pilum latum discrepet, ex eodem & alitur atq; augetur,  
nemo igitur adducere patiatur, ut scripturā fastidiat, eru-  
dit nanq; ad salutē, hominemq; Dei, pietate absoluit. Ti-  
moth. 3.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

moth.3. Vnde Paulus, quod Ephesij audierant, Euangeli  
on salutis eorū uocat, & testatur eo auditō, illos in Chri=  
stum spēm collocaſe, atq; ita uitæ æternæ factos fuisse  
participes. Nihil uero meminit, de illa interna uoce Dei,  
impulſuq; proprij animi,figmento ſane nocentissimo.

## Cui ut fidem habuiftis, obſignati quoque eſtis.

Sect. 7.

σφράγις fidem habeāt, σφράγις illa eſt, qua electi obſignantur,  
electorū. ut & ipſi ſe filios Dei eſſe ſciant, & agnoscantur tales  
quoq; ab alijs. Reddit enim ſpiritibus eorum, testimoniu=   
m indubitatum, quod filij & hæredes Dei ſint. Rom. 8.  
tum ita ad imaginem Dei reformat eos, ut à fructibus fa=   
cile & alij uideant, plantulas sanctas Dei illos eſſe, uafaq;  
gratia eius ad æternam gloriam destinata. Hinc & arra=   
bo hæreditatis noſtræ hic ſpiritus dicitur. Nam eo certi=   
ſumus, promiſſam nos, uitæ beatæ hæreditatem aditu=   
ros. Neq; enim dubitare poſſunt, qui hoc ſpiritu præediti  
ſunt, ſe Deo charos, & ad imaginem filij eius, tandem uir=   
tute ipſius reformandos. Hoc Apostolus uoluit hic indu=   
bie dicere, quare quod ſcripſit, qui eſt arrabo hæreditas  
noſtræ, in redēptionem acquisitionis, quo magis int=   
telligeretur, reddidi, qui eſt arrabo hæreditatis noſtræ,  
quo ſret redēptionē, qua cōtinget certa uitæ poſſeſſio,  
(de hac

Arrabo  
hæredi=   
tatis.

(de hac enim loquitur) indubitato expectemus. Id enim significat, quod scripsit spiritum esse arrabonem hæreditatis in redemptionem, nimirum quo eius hæreditatis & redemptionis certi essemus.

Hunc uero spiritum, & promissionis uocat, denotans **Spiritus** peculiariter illum fuisse sanctis promissum. Præter enim **promissio** promissiones prophetarum, à Christo in sermone illo à nisi cœna nouiss habito, multoties promissus credentibus fuit. Vnde & promissum patris illum, iam cœlos petiturus uocabat, ut Lucas Act 1. meminit. Quanquam uero hoc spiritu, quotquot unquam Dco placuerunt præeditifuerint, opulentius tamen, & in omnes gentes effundendus erat, Christo iam regnante. De quo uaticinium Iohelis Petrus Act. 2. adduxit. Et apud Iechezkel 36. ait Dominus. Da= bo uobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in inti= mum uestri, & auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum. Et spiritum meum dabo in intimum uestri, & faciam ut in statutis meis ambuletis, & iusta mea custodiatis, atq; faciatis &c. Hoc spiritu inanes sunt impij omnes, quia electi eo obsignantur, & ab impijs secernuntur, qui tam nequeunt Deo ac clamare pater, & Christo, Domine, quām uerū est quod in corde suo dicunt non est Deus, & Christus est anathema. Vnde affectus carnis pronsequuntur, & imperio Sa= tanæ, captiui ad eius uoluntatem, in perniticiem suam pa= rent, cum sancti hoc Dei spiritu acti, nunquam nō bellum cum carne propria, & Satana gerant, ac quamlibet sæpe

m a.i.um

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

malum quod secundum mentem nolunt, faciant, abstracti  
scilicet lege membrorum, nunquam tamen id non dete=   
stentur & deprecetur, sive iuxta indubia suffulti, fore, ut  
olim à corpore ita corrupto & peccato obnoxio libe=   
rentur.

Spiritus  
S. uncio  
semen  
Dei.

Hic spiritus alias dicitur uncio Dei docēs omnia, quia  
cius est omnis ueri persuasio, item semen Dei, quod nō si=   
nat excidere studium Dei, cœptamq; in interiori homine  
imaginem Dei. Vnde Iohannes negat eum peccare posse,  
qui ex Deo natus sit, id est, electus ad uitam, eo quod se=   
men Dei, hunc nempe spiritum in se habeat. Addit tertio  
Apostolus, ut celebris reddatur in nobis gloria eius. Huc  
enim pertinent, quæcunq; nobiscum Deus benigne agit,  
ut gloriosam in nobis suam bonitatem ostentet. De his su=   
pra in sect. 3. Huc usq; Apostolus egit gratias, pro re=   
demptione atq; salute per Christum parta, eiusq; caussas  
& rationem simul explicauit, ut & hoc pacto, Ephesij  
Euangelion gratiæ refricaret, sumimamq; eius exponens,  
altius illud eorum animis inficeret.

Ea propter cum & ego audi  
uissem, qua uos in  
Dominum.

Nunc more suo Ephesij memorat quantifaciāt, quod  
& ipsi Christum cognouerint, nam pro eo inde sinenter  
gratias agit, testaturq; se precari, ut in ea cognitione pro=   
mouant. Nam à cognitione Christi, & quam nobis pa=   
rauit

ravit salutis , omnis cum pietas syncera , tum beatitudo  
 solida pendet . Notandum ergo quod omnem salutem , fide In quibus  
 in Dominum I E S V M , & dilectione in sanctos definit . sita pie= tas .  
 Ne igitur nos adiisciamus alia . Certe qui huc peruenit , ut  
 Domino nostro I E S V fidem habeat , is quoq; spem o= mnem in illo fixam habebit , nihil dubitans se olim per  
 huius spiritum , animo & corpore , ad iustam uitæ cum  
 puritatem tum felicitatem perducendum . Inde feret quæ  
 cunq; Deus immiserit , & quo animo , et quā officiosi: s. erit  
 in quoslibet , præcipue autem , in domesticos fidei , hoc est ,  
 sanctos , quæ tum syncera & officiosa dilectio illum per  
 omnia consummat . Quia itaq; à cognitione Christi , &  
 quam nobis restituit salutis , omnia pendent , ex syncera  
 dilectione Paulus egit , qui memor Ephesiorum in preci= bus suis fuerit , precatus illis à Domino spiritum sapien= tiæ atq; reuelationis , hoc est , uim & facultatem , qua do= nata per Christum penitus pernoscerent , ad quod pecu= liari utiq; reuelatione illis opus erat , eo quod ista caro &  
 sanguis ne suspicari quidem posset .

Vide autem ut omnia dona Dei faciat . Fide erant iam Bona oīa , & dilectione Ephesij prædicti , ut citra intermissionē gra dona Del= tias pro eis ageret , nihilominus impendio orat , ut sapien= tiæ & reuelationem eis Deus aspiret , qua Christum co= gnoscant atq; sciant , illuminati oculos mentis , quæ sit spes uocationis suæ , hoc est , ut plane intelligant , ad quæ sint uo= cati , quid hinc debeant sperare , quamq; sit opulenta & redundans gloria hæreditatis , quam sint adituri , & ma=

F. gnitudo

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

gnitudo uirtutis Dei, qua ad eam uindicantur. Adeo nihilorum cogitare potest cor humanum, omnia sunt spiritus & reuelationis Dei.

Diligenter uero animaduertendum, quæ charissimis sibi Ephesijs Paulus quo nemo bonorum certior aestimator fuerit, potiss. precetur, indubie quæ agnouit omnium Nihil opta bilius cognitione gratiae Dei. Nihil igitur conferendū iustæ cognitioni Christi, & agnitioni benevolentiae Dei, quæ in eo nobis exhibita est, quod in filios illi & haeredes cooptati sumus. Ista utiq; recte per nouisse efficit, ut tanquam stercora præ eis omnia mundi contemnamus, totiq; ad imitationem Dei, per absolutissimam in omnes beneficentiam, rapiamur. Quæ de niq; qui tenuiter pernoverit, in eo & reliqua pietatis omnia ieiuna erunt.

Gratia Dei nimis alienos adhuc esse, quibus quamlibet copiosa Euangelij prædicari prædicatio, non dico nimis, sed uel satis esse uidetur. non potest. Omnia utiq; mala & perdita in nobis erunt, donec Dei amore cor arserit, hoc uero igni quis demum ardcat, si DEI erga sc̄ bonitatem, non dum satis cognitam habeat?

Quæ reuelationes probat. Notandum simul, cum multi de multa sapientia, & reuelatione glorientur, quæ sit uere optanda sapientia & reuelatio, nimis quæ cognoscitur Christus, quæ quāta sit haereditas nobis promissa, agnoscitur, hinc solū rectū de rebus cunctis iuditium, & animus honesti amans prouenit. Ad hunc lydium lapidem exigantur, quæ subinde à plerisque

plerisq; reuelationes iactantur , si huc nihil contulerint;  
inanis & commentitias esse nemo dubitet.

Ait uero, & præcellens uirtutis eius in nos magnitudo. Utique incomparabilis & maxima in nos Dei uirtus effulgit, quæ modis omnibus perditos , in filios sibi restituit, & captiuitate Satanæ uindicatos , in beatam immortalitatem uindicauit . Quæ in eo potiss· declaratur , dum roborati spiritu eius , mortem & aduersa omnia magno animo contemnimus, & peccato superiores euadimus.

Patrem, Deum Domini nostri I E S V Christi uocat, sicut supra & patrem eius, qui tamē est & Deus & pater electorum omnium . Sed quia sicut nemo aliis imaginem illius expressius refert, ita etiam nemo eum consumatiore pietate colit , dicitur peculiariter tam Deus quam pater Domini nostri I E S V , per quem omnibus quoque electis contingit, ut Deum & ipsi uere illum agnoscant; patremq; habeant. Patrem quoq; uocat gloriæ, quod auctor suis sit, solide cum integritatis, tum immortalitatis, atq; felicitatis. Ea enim uera demum gloria est.

In his autem Pauli exemplum, pro aliorum salute, perinde atq; sua gratias regentis , tum pro incremento eius, non minus, atq; suæ orantis, nequaquam prætereundum. Sancti Toti isti sancti diuinæ gloriæ addicti erant , igitur nihil multū pro potuit eis obtingere optatus , quam si illa in hominibus fratribus feliciter illustraretur , neque esse quicquam æque orarunt: optabile , quam ut huius illustratio incrementa cotti-

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

die acciperet. Hinc in precibus plurimi erat, quibus pietatis progressum tum in se ipsis tu in alijs orabant. Quæ quod rarae hodie à fratribus & frigidæ habentur, argumentum est, per parum gustasse illos; quam bonus & dulcis Dominus sit, quantaq; sit felicitas ipsum agnouisse.

### Quæ in uobis declarabitur, iuxta efficaciam.

Sect. 9.

Virtus Dei in nos declaratur.

Optauit scire Ephesios, quæ sit præcellēs uirtutis Dei in nos credētes magnitudo, qua sane ex peccatoribus per petuo iusti, ex modis omnibus miseris, æternum beati, ex mortalibus percenni & diuina uita perfruētes reddimur, hanc ergo hac seetiuncula, qualis fit explicat, subiungens. Secundum efficaciam, fortis roboris eius &c. Ut planior sermo esset, adieci. Quæ in nobis declarabitur. In archetypo enim nostro Christo considerandam hanc uirtutis magnitudinē Apostolus proposuit, in quo tanta aperuit, ut ex mortuis in uitam immortalem & beatam sit restitutus, neq; hoc solum, sed & princeps simul constitutus omnium, subiectis pedibus eius, quicquid eximium & præclarum uspiam est, tam in cælis, quam in terra. Ut uero doceret & nos huius uirtutis fere participes, mcmorat caput Ecclesiæ, ipsum in omnibus esse impositum, & hanc eius corpus esse, sed & plenitudinem eius, hoc est, in qua uirtutem suam & beneficentiam, præcipue declarat. Cum enim omnia bona, in omnibus efficiat, hoc est, omnia

omnia in omnibus impleat, in hanc ita suam bonitatem,  
 & potentiam beneficiendi effundit, ut plenitudo eius,  
 quæ quam cumulatissime bona uniuersa ab ipso habeat,  
 uocetur.

Recte igitur precatur Paulus, ut Ephesij oculi illuminentur, quo sciant, quid sibi ex uocatione sua sperandum sit, & quæ sit opulenta gloria hæreditatis, ad quam uocati sunt, quæ deniq; præcellens uirtutis magnitudo, qua ex peccatis & misera mortalitate, ad illam immortalem & beatam uitam perducet, secundum efficaciam eandem, qua Christus e mortuis, ad dexteram patris, omniū princeps, & sanctorū caput, atq; instaurator eiusmodi constitutus est, ut secundum eandem efficaciam, & illos membra sua, malis omnibus exemptos, beatos in cælestibus sit reddituros. Qui hæc sane persuasi fuerint, nō poterint, non omni studio, ad hanc immortalē beatamq; uitam eniti, eademq; Dei efficacia, potenti scilicet spiritu eius, reuocante continuo eos, à peccati corruptione, & durante illos, ut crucis regenerationem æquanimiter ferant, impellenteq; & accidente, ut Dei ingenium, omnibus beatitudinibus nefaciendo studiosc referant.

Vide autem ut magnifice prædicare hanc Dei uirtutē Apostolus conatus sit, non erat satis illi, dixisse præcetten tem in nos credentes uirtutis magnitudinē, efficaciam ad iecit, & quidem fortis roboris eius. Ineffabilem siquidem sensit hanc Dei potentiam, dumq; aliter nō posset melius, in Domino nostro Iesu Christo, uel aliquatenus cognoscen-

Agnouisse  
benignam  
Dei in nos  
uirtutem  
fons est pie  
tatis.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

dam illam obiecit. Quod enim in illo, capite nostro præceſſit, in nobis membris eius certo ſequetur. Alioqui quomodo beatus eſſe poſſet Christus, laborantibus misere membris eius? At electi uniuerſi, os ſumus de oſſibus eius, & caro de carne eius. De quo & infra cap. 5. Sect. II.

Quid fit  
ſedere  
Christū à  
dextriſ.

Quid autem fit ad dexteram patris Christum colloca-  
tū, ipſe Apostoli ſatis explicat, dū mox ſubiungit, omnia  
pedibus eius ſubiecta. Ab eo enim quod qui à dextris regi-  
bus proximi ſedent, ſecunda ab i p ſiſ potestate polleant,  
mutuata hæc metaphoræ eſt, ut ſcribant Apostoli Christū  
ad dexteram patris collocatum, pro eo quod eſt, proxima  
à patre potestate præditum. Dum autem addit in cæleſti  
bus, id eſt, in inuiſibili gloria, recte inde concluditur, cor-  
poore eum non poſſe hic aliquid pati, aut præſentem eſſe.  
Quod enim apparuit Stephano, Paulo, & forte alijs qui  
buſdam, id magis adeo, eius ad dexteram patris ſedentis,  
id eſt, diuina maiestate, & proxima à patre potestate fru-  
entis, reuelatio fuit, quam ab illa gloria, ad terrena hæc  
rurſum demigratio. Vnde carnaliter atq; modo patibili,  
non poſſe modo illun: hic haberi, recte hinc colligitur,  
quod ad dexteram patris regnat, inde gloriſſus, ac omni-  
bus confpicuus ad iudicium rediturus.

Porro quod memorat Christū ſuper omnem principa-  
tum & potestatem &c. conſtitutum, facit ad com-  
mendationem crucis, à cuius humilitate, in tantam digni-  
tatem Dominus electus eſt. Si etenim i p ſi ad tantam glo-  
riam profuit, quod ſcſe ad mortē uſq; & mortem crucis  
humiliavit,

humiliavit, & nobis proderit ad gloriam, abnegare nos  
metipso, & crucem nostrā cottidie assumere. Deinde fa-  
cit ad hoc, ut sciamus, ab uno Christo petenda omnia. Spi-  
ritibus enim Angelicis, errorci quidam multa tribuebāt, quidā plu-  
eoq; quod lex esset, dispensantib. ipsis data, ut & Stephā-  
nus Act. 7. & Paulus Gal. 3. testati sunt, legis ceremonias faciebant.  
Angelos  
plus nimio urgebāt, quos Apostolus et ad Colloß. notauit,  
dum scripsit. Ne quis uobis palmā interuertat data ope-  
ra per humilitatē, & superstitionē Angelorū, in his quæ  
non uidit factuosus inccdens. Ut ergo Christi autoritatem  
extolleret, & hūc potius, quam omnes, quālibet sublimes  
Angelos audiendum suaderet, prædicat eum exaltatū sup  
omnē principatū, potestatē, uirtutē, dominationē, ac sup  
omne nomen, quod in præsenti & futuro sæculo nomina-  
tur, ego lucis gratia reddidi, quicquid omnino eximium,  
siue in præsenti, siue in futuro sæculo celebratur. Positis  
enim nominibus, que nulla aliâs scriptura habet, Ange-  
lorum ordinem illi distinxerant. Ad Colloß. & Throno-  
rum nomen ponitur.

Hoc igitur Paulus significare uoluit. Esto, sint uarij  
Angelorū ordines, sint qui principatus recte uocētur, &  
inter alios, ac etiā super homines principes agant, sint po-  
testates, quorū auspicijs omnis potestas & magistratus  
in terris geratur, sint uirtutes, quorū opera, inter homi-  
nes mira fiant. Sint deniq; dominationes, quorū auspicio  
aliij alijs dominantur, sint etiam Throni, per quos uaria  
Dei iudicia exerceantur, nihil tam eximiū & præcellens

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Futurum  
seculum.

est, tam in sæculo spirituali, quod nobis futurum expectamus, quā in corporali isto præsentī, utcumq; nominetur, cui non super emineat Christus, quod non subiectū sit per dibus illius. Ita cñim hunc omnibus principē pater prop̄suit, ut tandem cius regno & imperio cessurum sit, quicquid potentiae, aut præcellentiae uspiam est, tam in cælis, quā in terris. Eius enim spiritu oportebit impleri omnia, ut & ipse tandem abolito: omni principatu, potestate, ac uirtute, regnum tradat Deo & patri i. Cor. 15.

Incerta  
sunt, quæ  
de Angelo  
rum ordi-  
nibus pro-  
diderunt.

Locus Da-  
nielis.

Hinc notandum Angelorum ordines, officia & nomina, de quibus Theologi ex Dionysio disputatione, ex Pau-  
lo nequaquam posse confirmari, qui istis nominibus in-  
uetis ab alijs, in hoc tantum usus sit, ut prædicaret Chri-  
stum super oīa constitutū, uisibilia simul et inuisibilia, ut  
cunq; ea nominentur, atque hinc prouocaret, ad hunc so-  
lum audiendum, ut q; ab ipso expectemus omnia. Idem uo-  
lens docere ad Colloß. prædicat omnia per ipsum cōdita.

Cæterum in Daniele 10. legimus Angelum Princi-  
pem Persarum aduersatum Angelo, curam populi Iisrae-  
litici gerenti, & Micaelēm unum è primoribus principi-  
bus ei fuisse auxilio. Hinc coniectatum est, ut singu-  
lis hominibus, ita & singulis prouincijs atque regnis An-  
gelos præfectos, quorum quilibet suorum curam ge-  
rat. Evidem factum supra captum mecum hæc esse,  
putoq; bene mecum, ac cum quouis à uulgo Christiano-  
rum agi, si agnoscere nobis detur, C H R I S T V M  
omnibus

omnibus principem sup̄ eminere, ut unū audire, & expe=ctare ab ipso omnia libeat, tum benignum adeo in nos Deum, ut sanctos spiritus suos, ministros constituerit salutis nostræ, ut Epistola ad Ebræ & locus Matth. 18. cum alijs non paucis satis testantur. Reliqua reuelationi uel futuri sæculi, uel sublimiore hic spiritu præditis, liben=ter relinquo, & relinquenda censeo omnibus, quibus non contigerunt certiora, quam uel Dionysius ille, uel niten=tes eius autoritate Theologi, tradiderunt.

Ne uero hoc prætercam, fuerunt teste Hieronymo, qui hosce principatus, potestates, uirtutes & dominatio=nes, quorum hic, & ad Colloſ. 2. Paulus meminit, et Christum super eos euæctum prædicat, reproborum Angelorum esse intellexerunt. Evidem, ut Angelos, principatus & potestates, quos negat Paulus se à dilectione Dei sepe=raturos Rom. 8. Item principes mundi quos expertes sa=pientia Dei, & abolendos affirmauit 1. Corinth. 2. Item principatum, potestatem & uirtutem, quos Christus in fine sæculi aboliturus est 1. Corinth. 15. quos denique ex=poliatos ostentauit, Colloſen. 2. Hos inquam ut malos haud grauatim intelligam, ita de quibus hic, & Colloſ. 2. loquitur, malum intelligere bonos. Quantula enim glo=ria Christi, celsiorem factum dæmonibus malis? Quod ue=rouit Hieronymus meminit, illos mouet, quod si de bonis hæc intelligamus Angelis, sequeretur nos Angelis superi=ores factos, quippe quibus simul cum Christo celsiore lo=co sedere in celestibus datum sit. Id me non mouet,

F 5 sed liben=

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Sed libenter hominum dignitatem, quam angelorum præstantiorem agnosco, cum Christus nos non angelos assumperit, sicutque hi administratorij spiritus, missi in salutem nostram. Heb. 1.

Vt in am autem perpendere satis liceret, quanta sit nostra felicitas, quod Christus nobis caput, et nos illius corpus, et plenitudo sumus. Si enim ille caput nostrum, Ecclesia sua, omnia cum ipso communia habebimus, neque poterit ille, sine nobis sua felicitate frui, eius preterea erit, nos in omnibus ducere et uiuificare, quod nihil prorsus sine ipso poterimus. Cumque omnia in omnibus perficiat, ut per eum omnia condita sunt, nostam plenitudo eius ideo recte diciatur, quod in nos scilicet uirtute et beneficentia suam effundit cumulatissime, suamque in nobis potissimum diuinitatem ostentat. Quis haec certa fide agnoscat, qui non ipsi unise se addicat, et reb. alijs ualedicat, oblectetque se in illo solo, nihil preterea uel metuens, uel sperans.

Caput Ecclesie Pontificem fecerunt, cum ne tantillum quidem ille uitæ aut uirtutis, Ecclesie influere queat, neque possit plusquam ministrum Christi et cooperatorem, quem admodum et alij sancti, per ministerium externi uerbi, quod sine illius spiritu tamen semper inefficax est, agere. His similes sunt et caput Christi pariter reiiciunt, quot quot boni aliquod homini, quod in se habeat attribuunt. Quod caput corpori, hoc nobis Christus est, omnis uita, motus, sensus et actus, ab ipso est, nos nobis reliqui sumus, quod corpus sine capite.

Caput

## CAPVT SECUNDVM.

Et uos cum mortui eratis  
delictis.

**V**Agnoſcerent Ephesiſ, quid ex uocatione ſua ſibi ſperandum eſſet, quantaq; per Christum gratia contigilſſet, monet eos Apoſtolum, cum peccatis mor- tui fuiffent, & hinc à familiā Dei alieni, ex mera gratia, & bencuolentia Dei, Christiq; merito, in uitam beatam, & municipatum sanctorum eſſe aſſertos. Cum mortui inquit, eratis delictis & peccatis, nihil ſciliſt uitæ p. i.e. que ſola uitare cte dicitur, et perpetuò durat, habentes. Vnde explicans hanc mortem ilico ſubiccit: In quibus aliquando ambulastis, id eſt, uixiſtis, tropo ſcripturæ uulgari, iuxta ſeculum mundi huius, quod quia p. o ratione uiuendi qua uiuere hic mundus ſolet, poſitum non dubito, ſic quoque maluire reddere. Voluit forte Paulus per ḥ̄vā hic exprimere quod Ebræ. לְהַנִּמֵּה dicitur, & tempus uitæ præſen- tis ſignificat, ut ex Psalm. 39. uerſu 5. & Iefcha. 38. her. 21. liquet, ut intellexerit per uiuere ſecundum ſeculum mundi huius, uiuere pro cupiditate uitæ præſentis ſeculi, & temporis quo in hoc mundo agimus. Qua ſanè cupidi- tate, quiſq; ſua tantum querit, & ad opes, dignitates q; et uoluptates eluctatur, ſiue id cum commodo, ſiue incommodo proximi fiat, ſiue modus ſeruetur, ſiue minus, imo nunquam abſque iniuria proximi, & cum modo decenti.

Mortui de  
lictis.

Viuere iu-  
xta ſecu-  
lum.

Vnde

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Vnde post paucula Paulus ipse, hanc uiuendi rationem latius explicans, ait: Inter quos & nos omnes uersabamur, iuxta concupiscentias carnis, uel, ut uerti, naturae nostrae, facientes huius uoluntatem, id est, quae ferebat, nunquam non praeceps nostre concupiscentiae. Proinde uiuere secundum saeculum mundi huius, est uiuere pro carnis nostrae, hoc est, naturae depravitate, arbitrio & cupiditate, cuius omnis cogitatio, & uoluntas ad malum prona est a puerro. Idemque est & secundum principem aere & potestatis, Viuere iu hoc est, spiritus mali, agentis reiectios, qui auscultare contra principem Deo nequeunt, uiuere, id est, sicut uerti, secundum instinctum aeris. At illius, qui mala semper suadet.

His quæso Christiani animum aduertamus, & precipe ei, quod Ephesijs, ob peccata & delicta mortuis, hoc est, omni uirtute destitutis, & pro mala duntaxat carnis cupiditate, Satanæque suis uiuentibus, eoque in omnibus & semper peccantibus, Paulus & se & sanctos uniuersos ( ait enim inter quos, & nos omnes aliquando uersabamur ) adnumerat. Si namque mortui sumus per delicta & peccata, uita, que uere est, & dicitur, priuati sumus, eoque nullum boni sensum aut motum habere, sed tantum ut nos rapiunt depravatae naturae affectus, & mali suorum Satanæ impellit, ferri possumus. Vbi iam nobis liberum arbitrium in hoc trium, ubi in nobis benefaciendi facultas, quis sensus reminiscens boni, est? Quia in est absque omni sensu & motu inutile cadaver, quia mortuus qui mortuus corpore est, tam est sine sensu & motu pietus. tis, mortuus per peccata & delicta, quales sunt, quotquot

ex Adam

ex Adam geniti, & ex supernis nondum regeniti sunt, do= natu spiritu uiuificante, qui scilicet ex Adam nati, tantum animam habent uitalem, id est, vim uiuendi uitam anima= lem. Nam & si plusculum, quam bestijs alijs, rationis, ho minibus adieclum sit, id tamen uitæ brutalitatem, ita est obno= xium, ut ad diuina se se attollere aut supra uentris curam, & nonnunquam in anis nominis aliquid sapere, prorsus nequeat. Hinc iræ Dei obnoxij sumus: quotquot ab Adam genus ducimus, ut hic Paulus inquit, & id natura, quia dum natura nihil nisi peccare possumus, profecto naturæ debemus, ut iræ diuinæ semper, quantum ad nos attinet, obstricti teneamur.

Vtinam uero hæc Pauli sententia esset omnibus persua= sa, quæ se & quoslibet sanctos alios fatetur, natura esse fi= lios iræ, non minus quam reliqui, quam facile Iudeis, Sara Dogma li= cenis, Papistis & Anabaptistis, ac omnibus qui Christo arbitrii omni seruatori non omnia tribuunt, nobiscum conueniret. Omni false do= bus namq; qui unquam à uero aberrarunt, dogma hoc, de crinæ cō= libero arbitrio imposuit, effecitq; cum ipsi aliquid esse munc est. uellent, ut ad cognitionem & participationem bene= uolentiæ diuinæ peruenire haud possent, cumq; statuere propriam iustitiam laborarent, iustitiae Dei ut Paulus Ron: scripsit, subiici nequirent. Proinde ut dei bencuolen= tiam & iustitiam, Ephesijs charam Paulus redderet, ad= monuit, quid ex se fuerint, num irum mortui omni bono. & uiuentes tantum malo, quod ne conuitij loco accipe= rent, aut se solos tales natos arbitrarentur, idem de se ipso & san-

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

¶ sanctis alijs confessus est. Hoc iam persuasis, grata & magni esse potuit, misericordia, & dilectio Dei, qui mortuos ita per delicta, simul cum Christo conuiuificauit, de quo in seculi uerbi sequenti, in qua uerbū primū ponitur (Conuiuificauit nos) quod orationem absoluit. Nam duabus his seculi uerbulis, hoc Paulus dicere uoluit. Et uos & nos peccatis mortuos, conuiuificauit Deus diues misericordia cum Christo, idq; ex mera sua benevolentia, quod in nobis nihil esset boni reliquum.

Satanam uero Paulus uocat principem potestatis aeris, sicut infrā cap. 5. uersutias in cælestibus dixit. Esse namque malos quosdam spiritus, qui homines conentur tan principes aeris. ad impietatem pertrahere, & si id eis non succedat, alijs ledere illos studeant, ex multis scripturarū locis manifestum fit. Quid enim aliud in Iacob petebat, qui eum exercebat Satan, item qui Davidi author erat, ut imparet populum numerari? Porro aerea istam regionem, quam infrā per cælestia intelligit, solus Paulus, in dubie ex peculiari revelatione, malis istis spiritibus attribuit, inter quos & principatus, potestatesq; esse cum infra, tum Collossen secundo 1. Cor. 15. & Roma. 8. disceruntur. Infrā præterea mundi rectores & termina imperii nebrarum sæculi huius atque spirituales uersutias illos uerbi diabolus cat, 1. Corinth. 2. principes mundi, qui abolebuntur, hic lorum. in singulari principem potestatis aëreæ, utique regni Diabolici, agentem incredulos appellat, sicut & seru' Satan, id est,

id est, aduersarius, in singulari passim per scripturam vocari solet.

Quæ ergo in singulari de Satana, Diabolo, principe mundi, siue aëreæ potestatis, aut maligno, legimus, toti illi malorum regno, & potestati competere agnoscendum est. Nam omnino multis sunt spiritus maligni, in idem tempore singuli pro sua portione incumbentes, nimirum, ut aut ad impietatem homines deficiant, aut aduersari hic omnia experiantur. Cum itaque hi mundo imperent, hoc est, tenebris istis, nempe hominibus, luce cognitionis Dei destitutis, non incomode in aëre isto, illis incubant. Nudo autem tantum, hoc est, ut hic inquit filiis inobedientiæ, qui persuaderi ueritatem non possunt, isti imperant, alios excent tantum. Vnde ait hic Paulus, qui agit in filiis τὴς ἀπόθεσίας, id est Ebraeo schemate, incredulis, qui uerbo Dei se subiçcere non sustinent.

Videtur autem Paulus hoc schemate referre uoluisse, quod Iisraëlitis dum immorigeri domino erant, obiectum passim in scriptura legitur. Dicebatur autem בְּנֵי מִרְאֵב id est, filiis immorigeri uel rebelles 4. Moscheh 17. Item עַם מִרְאֵב, id est, populus rebellis. Porro quid id uitij sit, 5. Mosch. 9. pulchre explicatur, ubi ita Moscheh populo loquitur: Cum mitteret uos Dominus à kadesch Barnea, diceretq; ascendite & hæreditario possidete regionem quam uobis dedi, רְהַמְּרֵב אֲהָבֵרֶה, id est, immo Filij inobrigeri fuiſſis ori Domini Dei nostri (uetus translatio habet, con-

Ad quid di  
aboli incū  
bant.

Cur in aē=  
re dæmo=  
nes.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

bet, contempstis imperium Domini Deiuestri) & non  
credidistis ei, & uocem eius non audistis. Hinc sanè li=  
quet, esse **בָּנֵי אֹהֶן**, id est, filios uel populos  
rebelles aut immorigeros, qui Domino non credunt & uer=brum eius contemnunt. Vnde illud, ἡ οὐς τὸς ἀπόθειας  
uerti, incredulos. Ab eo enim quod Deo non creditur, o=mnis inobedientia et rebellio prouenit. Quod scelus deus  
summe detestatur, & simile habet peccato ariolandi &  
idololatriæ, ut Schmuel Schauli testabatur. Idem, nempe  
rebelles eosdem esse, qui increduli sunt, & ex eo, quod Do=minus Ieschaiah cap. 30. iussit scribere in tabulam, & li=brum exarare, patere potest. Id uero est: Populus hic  
**בָּנֵן**, id est, immorigerus est, filij fallentes, noluerunt au=dire doctrinam Domini. Vide quod Deo mentiuntur, &  
doctrinam eius reisciunt, rebelles & immorigeri uocan=tur. Hæc de epitheto isto reprobiorū, οἱ τὸς ἀπόθειας,  
quo Paulus & infrà quinto & Colloß. 3. usus est, dissc=rere libuit.

Id tamen probe notandum, solis reprobis uere hoc epi=solos re=theton competere, qui & filij perditionis dicuntur, nimi=probos a=rum perditioni irreuocabiliter destinati. Nam in his solis  
git Satan. Satanas, ενεγρη, id est, agit & efficax est, habens impe=rio suo totos illos subiectos. Etenim qui filij Dei sunt, hos  
agit spiritus Dei Rom. 8. Faciebat quidem & his aduersa=rius negocium, eo quod corpus peccato obnoxium adhuc  
circumferunt, uerum quoniam eius tyrannide per Chri=stum uindicati sunt, exercere illos potest, perdere non  
potest,

potest, ut plane perdit eos, quos filios inobedientiae, Paulus uocat, qui reprobi sunt, & Deo odio habiti, etiam antequam in hanc lucem ed. intur.

Forte & hoc annotandum, pro eo quod Paulus, concupiscentias, uel cupiditates, item & uoluntates carnis nostrae scripsit, reddidi, naturae nostrae. Nam omnino Caro non est quod nos naturam dicimus, Paulus scripturarum more, stra quid carnem uocat, unde & ipsi homines, caro uocari solent. Sic debent coniuges esse, in carnem unam, id est, coalescere in unum hominem. Sic omnis caro sepiissime pro omni homine ponitur, ut cum dicitur: Omnis caro foenum est. Omnis caro uidebit salutem D E I. Hinc opera carnis dicuntur, quae fert ingenium humanum, qualia Galatis 5. aliquot enumerantur. Multum enim a uero aberrarunt qui carnis nomine, tantum inferiorem hominis portionem, quam cum brutis communiem habemus, intellexerunt. Certe idololatria, emulationes et inuidia, opera sunt prime in homine portionis, attamen opera carnis a Paulo uocantur. Sunt enim opera, quae fert naturae nostrae in genium, ad praua tantum pronum. Quare de corrupto iam homine Dominus dicebat primo Moscheh σ. Non aget inter hominem usq; iudicem, spiritus meus, eo quod caro sit, hoc est, quia nihil nisi bestia homo esse coepit, mente omnique ratione, ad corruptibilia & foeda ista quibus bestiae delectantur, conuersa, nolo ut spiritu meo praediti sancti, monitores inter eos agant. Capti enim brutalibus uoluptatibus, & diuina omnia contemnentes in-

## IN EPIST. AD EPHESIOS

indigni sunt, qui uerbum tricium, à Noach uel alijs ex spiri-  
tu mco loquentibus, audiant. Canibus obijcere sanctum,  
et suibus spargere margaritas haudquaquam decet.

Filiis iræ, notum schema, pro obnoxijis iræ, sicut filiis  
gladij, qui deuoti gladio sunt, dicuntur. Mouere autem quæpiam  
possit, quod hic Paulus se et sanctos alios fatetur, aliquan-  
do inter filios incredulos uersatos, cupiditatibus carnis  
indulsiſſe, desideriaque eius pſecifſe, perindeque filios iræ, at  
que reliquos fuisse. Alibi enim segregatum ſe ab utero ma-  
tris testatur, Gal. i. in hac Epiftola ſuperiore capite, glori-  
atur, ſe cum sanctis electum, ante iacta mundi fundamen-  
ta; ad Philipp. 3. præterea gloriatur ſe, iuxta iuſtitiam,  
quæ eſt in lege, factum irreprehensibilem. Si igitur ex ele-  
ctis fuit, et ab utero in ſortem sanctorum segregatus, et  
id adeo in eo effulſit, ut præ coetaneis ſuis traditionibus  
paternis adeo ſtuderet, ut in lege irreprehensibilis euade-  
ret, quomodo uerum fuit, et ipsum inter incredulos ui-  
xiſſe, concupiſcentijs carnis indulſiſſe, atque desideria eius  
pſecifſe? Profecto qui non penitus hæc conſideraret, uide-  
ri illi posſet, iſta Paulum de gente ſua, ante receptam Dei  
cognitionem, non de ſe ipſo etiam ſcripſiſſe.

**Vt Paulus** et electi peccato, priusquam gratia ui-  
debit paucos electorum eſſe, quos non ſinat pater, carnis  
miferiam, ante quam cæleſtis uitæ delicias deguſtent pro-  
be experiri, ut cum ſenſerint naturæ noſtræ infelicitatem,  
felicitatem redemptionis digne queant estimare. Sic non  
uane. dubitar in Paulum, quamlibet electum, et ab utero ſegre-  
gatum,

gatum, atq; traditionum paternarum, legisq; studiosum  
ad eo, ut esset irreprehensibilis apud homines, furorem  
carnis, id est, naturae depravat et non vulgariter fuisse ex  
pertum, atq; de se ipso quoq; ut illa. Peccatum occasione  
a lege accepta, genuit in me omnem concupiscentiam, item.  
Vivbam sine lege quondam, item: At ego carnalis sum ue  
nundatus sub peccatum, item, Noui enim quod non habi  
tet in me, hoc est, in carne mea, bonum Rom. 7. ita et ista  
hic, inter quos et nos omnes aliquando uersabamur et c  
scripsisse. Quod tamē expertus sit non quidem cum iam spi  
ritus in ipso ferre obtinuisse, domataq; caro bona ex par  
te esset, sed cum ut etate, ita et spiritu minor esset, ageretq;  
adhuc sub pedagogia legis. Spiritu siquidē dei habebat, in  
de legi quamlibet in uito animo studebat, idq; tam diligen  
ter, ut coram hominibus irreprehensibilis esset, ope  
ra namq; eius hominum iuditio sancta erant, recognabat ali  
tem nihilominus in animo illius, ut nū φιλαυτία, ita filiae  
huius fratrum contemptus et fastidium, indulgentia uo  
luptatum, et nominis studium. Hæc primum mala, ut et  
alijs usu uenit, non animaduertit, uiuebat enim aliquando  
sine lege, postea uibile gem recite agnouit, sensitq; et hæc  
mala, uitandaq; esse, ne quicquam luctatus fuit cum seipso,  
enitens ad hoc ut sancte, et animo uiueret, qui corpore  
et at irreprehensibilis, quod cum non succederet, exclam  
ebat: Miser ego homo, quis me librabit ex hoc  
corpore morti obnoxio? Sed tandem superante in eo  
spiritu, aiebat: Vnu iam non ego, sed uiuit in me C H R I

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

STVS. Non quod iam nihil negotij illi caro facescebat, neq; enim adhuc apprehenderat, quod seclabatur, Philippen. 3. uerum quod caro tum posteriores habere cœperat, & spiritus priores, imò caro prope interitum adducta, spiritui uictoriā cedebat.

Ergo & Paulus sicut natura filius iræ erat, ita natu-  
ræ peccatricis uitia quoque expertus fuit, cumq; sine lege  
adhuc uiueret, parum ab incredulis, quantum ad suam ui-  
tam, differebat, concupiscentijs carnis indulgebat, deside-  
ria eius perficiebat, atq; ut ad Titum confitetur, stultus,  
inobediens, errans, &c. erat, sed neq; his liber erat, cum  
etiam lege cognita, se quam maxime irreprehensibilem  
hominibus exhiberet. At postquam cognito Christo, spiri-  
tu Dei opulentius donatus extitit, hoc ipso spiritu, carnis  
facta mortificare, carnemq; cum affectibus & concipi-  
scentijs crucifigere cœpit, ambulans iam spiritu, non car-  
ne. Aliter autē evenit fortasse Iohanni Baptiste, qui à pue-  
ro spiritu sancto repletus extitit. At vulgaris hæc ratio  
sanctis omnib. usu uenit, ut antea filios iræ se quā gratiæ,  
uiuendo carni experiātur, quanquā hoc inter ipsos, & re-  
probos intersit, q; spiritus dei, malo in illis semp̄ reclamet,  
et uel aliquantulū ad honesta ppellet, cū hi infreni et nullo  
remoramento in mala ruant, utcunque à Satana acti, & à  
propria concupiscentia fuerint illecti.

Sectiun. 2. Deus autem diues misericordia &c.

Aperta satishæc uerba sunt et cognitu facillima, si tan-  
tum &

tum et creditu facilitia ea plerisq; dominus redderet. Hunc uero sensum habent. Mortuos nos delictis, ut tantū peccata possemus, destituti omni sensu motuq; boni, Deus nulla re alia, quam sua ipsius in nos misericordia & dilectione, adductus, conuiuificauit unā cū Christo, id est, sicut Christum potenti suo spiritu, in uitam beatam à morte reuocatum, restituit, ita nos à morte peccati, qua omni boni spiritu carebamus, in uitam sanctam & perpetem, ut ipso fidētes, & quo animo plenam nostri redemptionē expectemus, interim proximis ad salutē inseruientes, eodē spiritu suo, & saluifica uirtute, asseruit, participesq; futuræ felicitatis, ad quam Christus cuectus, modo gloriosus regnat, redidit. Nam cū Christum à mortuis excitauit, & in cœlesti bus ad dexteram suā collocauit, simul utiq; excitauit et omnia membra illius, atq; in gloriam cœlestem cū illo pariter euexit. Id tametsi nondū in nobis apareat, certotamen apariturum in nobis expectamus spiritu, quo hæc credimus & speramus, obsignati, eodemq; uice arrabonis apud nos deposito. Hanc autem tantam suam bonitatem, ut ex nulla alia caufsa motus, quā sua in nos gratuitæ beneuolentia, super nos effudit, ita illam effundens nihil aliud spectauit, quā ut hanc eandem suam in nobis bonitatem, olim opulente ostentaret, conspicua iam benignitate, qua per Christum in nos usus est, & utetur, dum peccatis purgatos olim, sanctos et immaculatos, omniq; spirituali ornatu decoratos, sibi sistet in regno cœlesti.

Notandum autem quod futura sanctis, ut scilicet cum  
G 3 Christo

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Christo conuiuificati , in cælestibus simul sedeant beati,  
Factū Paulus iam facta scribit, uti profecto apud deum iam facta  
lūs scribit existunt , qui caput nostrum eō euexit , et nobis arrabonē  
quod futu huius felicitatis, spiritum suum donauit . Vnde & seruatos  
rum cst. iam nos quoq; adserit , qui tamen adhuc cum morbis car-  
nis nostræ anxie luctamur . Certo enim certius est , nos ani-  
mo & corpore , Christo similes fore . Si iam cum fido  
expertoq; & salutem promittenti medico , se egrotus com-  
miserit , dici solet , hic seruatus est , etiam cum adhuc mor-  
bus in totum non cesserit , quanto rectius de eo , qui se  
Christo , qui fallere nequit , salutem pollicenti concrede-  
rit dicetur , hic modo saluus est , uti & coram Deo iam ha-  
betur , quantumuis in carne adhuc peccatorum reliquiæ  
hereant? Paulus igitur certitudinem electionis Dei , ampli-  
tudinemq; meriti Christi attendit , coq; recte saluos iam di-  
cit , quos saluare Deus decreuit , & Christus iam coepit .  
Hec utinam attenderent & ij , qui hodie opera nostra re-  
uehere conantes , aiunt : Christi redemptionem nobis in-  
utilem , nisi cū uestigia eius se etannur . Hic Paulus dicit nos  
ex diuine misericordia atq; dilectione erga nos Dei serua-  
tos , antequā quicq; boni uel cogitare possemus . Et gratui-  
tæ benevoletiæ dei omnē salutē nostrā tribuit , quare operi-  
bus nostris omnia adimit , sed de his plura in sequenti Sect.  
Verū illud , ut ostenderet superunientibus sæculis &c.  
bifariam intelligi potest . Primū ut de sæculis regeneratio-  
nis , & uitæ planè beatæ , id intelligamus , ad quem sensum  
illud

illud enarraui. Tum enim Ecclesia uere gloriofa & absq; macula & ruga resulgebit, ut quam clarissime in illa excellens diuinæ benevolentie opulentia, apparitura sit, re lucente magnificentissime benignitate illa & beneficentia, qua per Christum nostri reperatorem, patris imago sacerdotis, plene in nobis restituta tum fuerit.

Alter autem sensus forte cffice queat, quod Dominus in Ephesios & alios illius seculi sanctos, magnifice bonitatem suam ostenderit, ut & posteris seculis, hinc opes benevolentiae suæ ostentaret, sicut plane admiranda & exosculanda fuit sanctis interim omnibus, mira illa D E I benignitas, quæ Paulino seculo in plurimas gentes cffulsi, & hodie sane, dispersis non nihil Antichristi tenebris, hinc profecto plurimi preclare & pietate augmentur, & roborata spe, consolantur.

Prior tamen sensus germanior forsitan non sine ratione existimabitur, eo quod sicut in illo futuro & beato seculo primum apparebit, reuelatio iam plene Christo, qui sumus, ita tum demum quoque palam ostendetur, & conspicua erit, qua Dei benignitate, per Christum exhibita, ad diuinæ naturæ consortium, simus adducti. Modo uita nostra abscondita est cum C H R I S T O in D E O, & nondum apparuit, quod futuri sumus, manifestatio autem plene Christo, cumq; gloriosus apparuerit, tunc et nos cum illo manifestabimur in gloria & similes ei erimus. Colloß. 3. et 1. Iohann. 3. Tunc ergo et opulentia dei, in nos

G 4 bene-

Vt ostende  
ret super-  
uenientib.  
seculis.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

benevolentiae & effusis. per Christum exhibita benignitas, & recte agnoscetur, & iusta gratiarum actione a sanctis celebrabitur. Utinam autem haec digne perpendamus, DE M ex sua sola bonitate & propter solam illam magnifice declarandā, nos ē morte peccati erexit, celestis regno cum C H R I S T O donare, ne quid nobis tribuamus, sed ipsi omnia transcribamus, in hoc totis uiribus incumbentes, ut eius in nos bonitas conspiua fiat, ac quam plurimos ad pietatem allicit. In hoc enim ē grege hominum perditorum, electi sumus, ut filii Dei sumus, quo in nobis gloria ipsius bonitas appareat, & ad amplectandam illam, multi inuitentur.

## Benevolentia gratuita seruatis &c.

**Sectiun. 3.** Ordo iustificationis & salutis nostrae hic, sane quam breuissime, simul & luculentissime descriptus est. Nihil huius nostrum est, nihil nostris operibus conficitur. Qui cunq; Christo credimus, iam seruati sumus, membra enim Christi existimus, quibus uita & gloria Christi cōmunitis esse cœpit. Sed unde haec felicitas nobis? Ex benevolentia gratuita dei, qua prior nos, cū inimici eius essemus, complexus est. Vbi illa aparet, adhuc nobis cū peccatis et meritis hinc malis luctantibus? Non dū plane ea in nobis, ut iam per fidem supra dictū manifestata est. Per fidē enī, quā Euāgelio habemus, quae rerū sperādarū fundamentū, et eorū quae nō apparent, argumentum est, seruati sumus. Quare expectamus,

mus, ut sicut in Euangelio dominus promisit, nos plene sanctificet, & in nouissimo die, ad beatam immortalitatem resuscitet. Cuius arrabonem dedit suum spiritum, quo ita futurum credimus, & per ipsum, Deum patrem certa fiducia inuocamus, exquo animo expectantes, dum corpus nostrum humile transfiguret, & conforme reddat corpori suo glorioso. Philip. 3.

Porrò quod ait saluatos nos per fidem, nequaquam intelligendum est, quasi fide nostra, salutem mercamur, & uelut nobis ipsis comparemus, sed quod illa, exlibera Dei electione destinatam, & bencuolētia eius exhibitam, amplectamur. Hac namq; initium salutis in nobis fit, hac exturba perditorum, in gregem electorum traducimur. Antea enim quam illa contigerit, & ipsi perditi sumus, sicut & reliqui, quia absq; Deo sumus. Verum simulatq; persuasi à spiritu sancto, Euāgelio regni fidem habemus, beneuolētiā in illo promissam amplectimur, uereq; particeps eius reddimur. Quod namq; credimus promittenti Deo, id nobis indubie præstabit, nimirum ab omni malo liberationem, & honorum omnium possessionem. Per fidem itaq; seruati sumus, quia hac Dei erga nos bonitatē agnouimus, certi q; sumus facti, plene olim illam nos percepturam, per omnia beati. Sed recte addidit, idq; non ex uobis, Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Nam cui ex bencuolentia sua Deus, spiritum suum nō impertierit, is ut Euangelio nunquam crediderit, ita diuinæ beneuolentiae & salutis expers in æternum manebit. Ni-

G 5      bilergo

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

nihil ergo huius ex nobis, nihil nostrorum operum, sed omnia ad electionis et benevolentiae existunt, ex qua donato suo spiritu, mente nos renouat, et in filios suos adoptat, quia natura nostra, filii irae et perditionis sumus.

Confirmat haec Apostolus cum subiicit. Ipsius enim figmentum sumus, conditi in Christo IESV, ad bona opera. Ut namque sati ab Adam sumus, conditi sumus ad mala opera; ut nihil prorsus boni operis praestare possumus. Quia nihil in gloriam Dei, quem ignoramus, aut in commodum proximorum, qui nos ipsis tantum amamus, facere ualeamus. Ergo denuo nos fingi et condit oportet, quod alibi Dominus renascentiam uocat, quod fit donato nobis spiritu sancto, illo tum ut suspicere Deum, et amare proximum, ita et bona operari possumus, quibus nimis proximus iuuatur, et ad Dei cognitionem promouetur. Que tamen ipsa antea quoque Deus preparauit, ut in eis ambularemus, hoc est, uersaremur oportet. Adeo nihil boni nostrum est. Ex nobis ipsis malum eramus, neque nisi mala operari ualebamus, cum igitur ex mera sua bonitate nos resinxit Deus, neque nouam tantum, sed et bonam creaturam condidit, idque in Christo IESV, hoc est, Christo IESV insitos, eiusque membra factos, et spiritu eius praeditos, sicut hunc suum bonum spiritum impertit unicuique secundum mensuram, quam ipse antea apud se definiuit, ita plane consequens est, ut nulla nos bona opera perficere possumus, nisi que factor noster antea prepararit, et uelut nobis admensurabit, ut in eis uersan-

Conditi  
ad bona  
opera.

Que pre-  
parauit  
Deus.

uersantes, ipsum glorificemus. Siquidem ex nobis ipsis,  
non sumus idonei, qui boni aliquid uel cogitemus, uelle &  
operari, Dei est. Quod qui agnoscere non sustinent, iij  
profecto & se ipsis, & D E V M penitus ignorant.  
Hinc sunt uaria illa dona, de quibus Rom. duodecimo,  
1. Corin. 12. & infra 4. que utique nihil nisi facultates  
quædam sunt, ea opera, ad quæ D E V S quicmq; de-  
putauit, perficiendi.

Notandum autem hic iterum, quod Paulus ait, serua-  
tis estis, hoc est, peccatis liberati, & uita æterna donati. Si  
enī hæc qui credunt, iā uere consecuti sunt, nunq; profectio  
excident numero sanctorum, nunquam amittent, quam Sancti  
adcti sunt uitam, quia æterna est. Filii Dei renati sunt,  
multo minus igitur rursus in filios Diaboli degenerare po-  
terunt, quam bestia fieri, qui natus homo est. Nisi non sit  
potentior spiritus Dei sanctus, quam sit anima ista ui-  
tam inspirans hominis. Ecqui operibus nostris amittere=  
mus, quod nostris operibus non potuit parari? Aut qui  
ausferret offensus peccatis Deus, quod peccatis prorsus  
mortuis, ex sua sola bonitate donauit? Salus nostra, opus  
est benevolentiae Dei, ea poenitudinis nescia est. Viq; in  
eos sc effundit, quos ad id delegit, nondum natos, ita in  
eosdem perennis erit, quia D E V S nequam ut ho-  
mo mutatur.

His autem nemini ad uitia uia sternitur, ut Anaba-  
ptistæ calumniantur. Electis, & spiritu Dei præditis ista  
tantū prædicatur, alijs enī animales sunt, & horum nihil  
percipi-

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Prædicando fidē, bona opera nō impediuntur, sed promouentur.

percipiunt, illi autem, quanto ampliorem Dei erga se benignitatem agnoscunt, tanto magis ad amandum, colendumq; illum accenduntur. Cumq; enim seruatos iam sese agnoscunt, & peccatis liberatos, id est, Deum omnino statuisse, ut purgatos se omnibus peccatis, perpetuo & solidi iustos tum beatos reddat, qui possent porrò peccandi animum admittere? Imo si quando lege membrorum impellente labuntur, faciunt quod odiunt, & peccantici carni, spiritus usq; reclamat. Conditi namq; sunt ad bona opera, ad ea internus homo propendet, ijs solis oblectatur, hæc proprij & germani eius fructus sunt. Quare qui calumniantur nos docendo fidem, cessationem bonorum operum inuchere, haudquāquam sanius loquitur, quam qui agricolam, trunco poma ingratis aporis, acerbaq; ferenti, inferentem calamum pomorum gratissimi saporis, & maxime mitium feracem, causaretur dulcium pomorum remorari prouentum, & uinitorem diceret copiam impedire dulcis uini, qui pro sylvestribus uitibus, tantum labruscas ferentibus, satiuas & primæ fœcunditatis reponeret: quiq; criminaretur cum puerū redi elinguem, qui formandus eloquentissimo traderetur rhetori. Etenim cui contigerit, Euangelio habere fidem, si iam Christo insitus, eius fœcunditatis ad bona opera particeps factus est, & ex sterili ac emortuo ligno arbor euasit, quæ nequeat, non reddere suo tempore fructum, cœlestiq; magistro ad omnem pietatem formandus addictus est; qui frustra illum docere haud poterit.

Sed isti

Sed isti, fidei naturam ac uim, adhuc prorsus habent in= cognitam.

## Memores igitur estote, quod olim natura Gentes.

Instat in eo Apostolus, quod cœpit, quod & Moschē, Quæ ue=  
omnes prophetæ, Christus ipse, atq; Apostoli inculcare ra ratio  
præcipue studuerunt. Pergit siquidem ostendere Ephe= pietatem  
sys, ex quantis malis, ad quanta bona eos Dei benignitas docendi.  
transtulerit. His enim probe cognitis, ut fidutia amorq;  
in Deum & gignitur, & alitur, ita semel uniuersa pietas  
offitia, non tā facile, quam feliciter & cumulatim pro  
ueniunt. Monuerat in superioribus huius capitis sectiuncu=culis, mortuos per delicta, ex Dei benevolentia, Christiq;  
merito, in uitam sanctam & beatam restitutos esse, in se=quentibus monet, alienos fuisse à populo D E I, regnoq;  
Christi, & per Christum ciuitate Dei donatos, sanctisq;  
esse adiuctos. Quæ in hoc utiq; commemorauit, ut agno= scentes incomparabilem Dei erga se bonitatem, totos se illi crederent, atq; ex uoluntate eius uiuere studearent. Ne  
que enim alia ratione, uitæ sanctimonia promoueri uer= bis potest.

Multo maxima aut dignitas Ebræi populi fuit, qd' eos Dignitas  
ex cunctis sub sole gentibus, in populum peculiarem, cui Ebraeorū.  
se Deum magnificentius, quam toti reliquo hominum: ge=neri declararet, elegerat, & circuncisione screuerat,  
quod uniculum suum ei potiss. promiserat, ut ille diceret  
Sirophæ=

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Syrophœnisse se nō esse missum, nisi ad oves, ex Israëlitis perditas. Matth. 15. quod diuinitus leges uite, in optimam rem publicam coagmentati, acceperant, quod deniq; toties fœdus cum illis icterat, pollicitus se ipsis Deum fore, illosq; ut peculiarem suam hæreditatem esse curaturum, & ornaturum. Vnde electi ex eis spe salui, sub auspicio & benigna eius protectione, agebant quam fœlicissime.

Ephesij autem ut & Gentes reliquæ, prophani fuerant, & impuri à Iudeis circuncisione in familiam Dei cooptatis, eo quod præputium eorum non esset recisum, appellati, nihil de Christo seruatore uel audierant, ut sui reparationem sperarent. Etiam in hoc sæculo iustis legibus destituti, uera re publica, quæ uel sola apud Israëlitas instituta per Deum erat, caruerant, postremo ut nullum cum eis Deus fœdus percusserat, ita nullis promissiōibus, in spem bonam illos erexerat. Agebat itaq; in mundo & deo, id est, ut uerti, sine D E O, & plane impij. Quid autem iam æque miserū uel singi possit, quam esse sine Deo, bonorum omnium fonte & authore, nullam habere spem uitæ melioris, nullam etiam hic synceram uitæ communionem, nullum expectare seruatorem, qui malis istis eriperet, à sanctis denique & Deo charis, canum loco, ut impuri & abominabiles haberis. Recte igitur horatur Paulus Ephesios, ut huius suæ misericordie memores sint, quo nimirū dignæ estimet, & Dcier erga sc dignatio neni, qua eos circa ullum ipsorum ineritum, ex illa miseria libe-

rial liberatos, summa felicitatis, cum sanctis omnibus par ticipes reddidit.

Gentes ait à circuncisione, præputium uocatas, quod idem est, ut uerli, à circuncisis, præputiatos, uel præputio fœdos & impuros. Quia enim signo circuncisionis, à gentibus elijs secreti Iudæi erant, opprobrij uice, Gentes præputium obijcabant, ut impuris, & indignis qui Dei populo accenserentur. Sed quia apud D E V M parum adeo referebat carne circuncisos, & signo sanctorum insignitos esse, si cor esset incircuncisum, hoc est, prophanum, quod Ebrais Iirmeiah 9. Dominus opprobrabat, cuius circuncisio spiritu, non manu perficitur, ideo nominatim adiecit Apostolus χριστού, id est, manu facta. Quod & ipsum, ad deuiciendam in qua Ephesij fuerant, conditionem, fecit, quod scilicet prophani & impuri habitu fuerint à Iudeis, quorum bona pars tantum manu circumcis erant, id est, signum duntaxat sanctitatis habebant. Quantumlibet autem Iudæi eiusmodi, circuncisionis nomine, nihil plus D E O, quam Gentes probarentur, nihilominus tamē iure præ illis Gentes impuræ, & abominabiles habebantur, quibus ne hoc qui dem contigisset, ut inter sanctos adnusserarentur, atque inde, ad ueram sanctitatem tanto faciliorem aditum haberent.

Porrò circuncisionē illam manu factam, æque ac præputiū nihil apud Deū haberi, Paulus 1. Cor. 7 & Gal. 5. di cursiveis uerbis testatur. De circuncisione, quæ spiritu fit, et sione. est uera

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

est uera sanctificatio animorum , atq; in populum Dei cooptatio , Apostolus ad Rom. 2. & Colos. 2. meminit . Moschus 5. Moschus 10. & 30. Iirmiah 4.

Cæterum ex eo , quod gentes Apostolus scribit fuisse sine Christo , significat Ebræos Christum habuisse . Semper enim populus ille , fidem habens prophetarum uaticinijs , expectauit , qui se malis omnibus eximeret , & iugis felicitate beatos redderet , hoc est , **בָּרוּךְ בָּרוּךְ** , id est , undum Dei & regem , qui instauraret summatim omnia , fideq; qua haec expectarunt , iusti inter eos iuxta uaticinium Habakuk uixerunt , omnem ex Christi expectatione consolationem habentes , qua & ad pietatis officia excitabatur .

Hac autem expectatione Gentes carebat , quare & uitia Dei destituti , peccatis tantum uiuere potuerunt , exceptis pauculis ijs , quos etiā ex gentibus Deus , Christi sui fide & expectatione , per spiritum suum donauit . Ut namq; non Iudæorum solum , sed & Gentium Deus agnoscetur , omnibus seculis , & in gentibus , aliquot suo spiritu illustrauit . Quanquā in Ichuda præcipue notus , & magnum nomen eius fuerit , Psal. 75 . Gentium fidem , Abimelec qui tam sancte cū Abraham egit , Iihro qui Moschus consilium dabat , quod & Deus approbabat , & pleriq; alij quorum scriptura meminit , satis declararunt . Hi uero ut de Deo optime sperarunt , atq; ut ex eius bonitate , sanctius & felicius olim haberent , expectarunt , ita haud quaquam absq; Christo sanctorum reperatore fuerunt , tametsi forsitan , qua illeratione esset uenturus , & omnia instaura-

Quomo=  
do prisci  
Christum  
habue=  
rint .

Quibus=  
dam ex  
gentibus  
Christus  
cognitus  
fuit .

instauraturus parum distincte noscent. Nam & Iudeis  
 hæc ratio uulgo haudquam nota fuit, adeo ut seruato Ratio ree-  
 ris nostri discipuli, toties de ea admoniti, induci diu nō po- gni Chri-  
 tuerint, ut crederent per crucem oportere ad gloriā, & sti paucis  
 Christum ipsum, & membra eius uniuersa peruenire. Si cognita  
 ne cruce, gloriosum Christi regnū, sibi perpetuo somnia extitit:  
 bant, quod & in præsentem usq; tempestatem, à Christo  
 Ebreos abalienat. Tam difficile agnoscitur, Deo uisum,  
 per stultam mundo crucis prædicationē, electos saluos fa-  
 cere. Vnde non minus hodie, quam Pauli tempore, prædi-  
 catio Domini nostri IESU Christi, & huius crucifixi,  
 scandalum est Iudeis, & stultitia Gentibus.

At Gentes nulla Dei cognitione prædicti, quales &  
 Ephesij fuerant, nihil prorsus Christi habuerant, quia à  
 peccatis & malis reliquis ex Dei bonitate, quem ignorat= bant,  
 liberationē nullam expectarant, inde in omnē genus  
 peccatorum proniruebat, abalienati à uita Dei, ut infra  
 cap. 4. Sect. 7. Paulus differit. Quod quo licentius face= rent,  
 nullo ultiōnis diuinæ metu cohibiti, persuadere sibi  
 et alijs plurimis, sed frustra, quod diuersum mentib. ipso  
 rum inscriptū esset diuinitus, conati fuere, nullos esse De= os, nullam prouidentiæ numen, nullū futurum iudiciū, sed  
 ut bestiarū, omnē uitam hominis, morte finiri. Quo uero  
 uideas, quam si uanitas omnis homo, qui sibi omnium sa-  
 pientijs & cordatissimi uisi sunt, hoc conati fuere.

Alienos præterea scribit fuisse Ephesios, à R. pub. Iis-  
 raelis, quæ, ut dixi, uel sola uere R. publica dici potest, qd'

# IN EPISTOLAM A D EPHESIOS

7 nulla unquam sanctioribus & equioribus legibus, ad tu=tandum rerum omnium communionem, uitæq; innocentiam & decorum, fuerit instituta formataq;. **Quis enim R. publi=ca lisraë=lis.** Solon, quis Plato, quis omnino uel hominum, uel etiam Angelorum potuisset melius. Rem pub. constituere, le=gibusue commodioribus fulcire, DEO, solo sapiente & optimo? Vnde dolendum, quod Christianis non libet, se=cundum has DEI leges potius quam hominum, suas R. publicas gubernare. Sane quæ ad ueram religionem tuendam, ad hominum inter se commertia dirigenda, ac omnem uitæ decentiæ exornandæ attinent; ita illis præscripta et tradita sunt, ut nihil possit fangi absolutius. Quare omnino miserum fuit, et hodie est, extorrem ab hac R. publica haberri. **Quod & illud extraneum esse à foederibus Dei, secum trahit.** Cum quibus enim Deus foedus icit, illis se exhibet Deum, hoc est, in omnibus saluatore, & illi uicissim talem ipsum agnoscunt & uenerantur, utq; iam populus eius sunt, ita ad uoluntatem ipsius comparare se student. Sic uidemus foederis, quod cum Abraham Deus percussit rationem constitisse. Moschē 37. non aliter & foedus nouum Iirme. 31. describitur.

**Fœderā promis= sionis.** Quapropter recte Paulus dixit, Σιαδηνῷ τῇς ἑταργείαις, fœderibus promissionis. Natura siquidem fœderum est, ut qui ea inter se paciscuntur, aliquid sibi inuicem promittant, sic in omni fœdere, quod cum suis Deus unquam icit, multa & magna promisit, omnium autem caput est, quod pollicetur illis se Deum fore, hoc est, saluare

est, saluatorem & beatorem. Quia cum gentes promissio  
ne caruerint, cōsequens fuit, ut nihil haberet spei, essentq;  
et deo in mundo, id est, prorsus impij. Quo quid potuij=  
set magis miserum, & item damnosum illis contingere.  
Quare nihil item optabilius & beatius ijsdem debuit ui=br/>deri, quam ex perditissima illa conditione per Christum,  
regno ciuitatiq; Dei adscitos esse, ut iam Christum De=br/>um, & Ecclesiam, ueram Israēlis R. publicam, commu=br/>nem cum sanctis omnibus haberent, foederis diuini par=br/>ticipes, & promissis Dei, certa spe nitentes.

**τῶν διαθήκων σοδερῦ** quam testamentorum uerte  
re malui, q; proprie enim foedera sint, non testamenta,  
que Dominus cum sanctis suis per scripturam icisse legi.  
Testamentum siquidem est, diffinitore Vlpiano,  
uoluntatis nostrae iusta sententia, de eo, quod post mor=br/>tem nostram fieri uolucrimus. Neque uero unitan=br/>tum scripturæ loco tenebras offudit, quod vulgaris in=br/>terpres, testamentum reddere solitus fuit, ubi Ebraicæ  
**ברית** & græce διαθήκη scriptū est. Satis manifestum  
uero est, si quis loca consulat, in quibus Deus fecisse fœ=br/>dus cum suis memoratur, fœdus eiusmodi, simile esse illis,  
quaे Principes, cum populis, quos in fidem suam recipi=br/>unt percutere solent. Pollicentur enim illi populis se iuste  
eos gubernaturos, & pro uiribus à ui defensuros, ui=br/>cissim promittunt populi, principum iusta imperata  
sc facturos, & tributa persoluturos. Ad eundem modum  
cum quibus D. E V S fœdus facit, eos in fidem suam re=

H 2 cipit, &

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

cipit, & Deum se se illis exhibeturum, pollicetur, uiciissim recipiunt illi, uitam suam ad eius uoluntatem se acturos, & Deum suum, eum ueneraturos. Legat cui hæc non-dum plane cognita sunt, qualiter Ichoschua foedus inter D E V M, & populum Israël renouauit, cap. libri eius ult. & uera agnoscat. Graphicè etiam hæc foederis ratio. Moscheh 17. ut dixi, et Iirmeiah 31. descripta est.

Porrò de dignitate populi Israëlitici, quam hic Apostolus memorauit, & Moscheh lib. 5. cap. 4. magnifice loquitur. Nam quæ gens inquit tam excellens, quod deos haberet præsentes, ut Dominus Deus noster adest nobis, ipsum inuocantibus? Et quæ gens tam excellens, quæ leges habeat, & iudicandi formulas adeo iustas, si-cut est omnis traditio, quam ego hodie uobis trado? &c. In Psalmis quoq; & Prophetis, crebro hæc populi Dei præstantia celebratur. Verum ut ea, in gente illa circuncisa peculiariter figurata fuit, ita nec omnibus eius genti hominibus communis fuit, neq; solis. Omnia namq; & tantum filiorum Dei undecunq; secundum carnem nati sint, ea proprie existit, his enim foedus cum Deo uere contigit, unde Christum, & leges Dei uere habent atq; sequuntur, ciuitate Dei donati.

Nunc uero cum insiti Christo  
Iesu, qui longe eratis.

Sect. 5.

Per quem & quo pacto, alienis à Christo D E O, &  
Ecclesia

Ecclesia sanctorum, Ephesij gentibusq; alijs, cum his communio contigerit, nunc disserit. Inimicitia erat inter Ebreos circuncisione, in Rem. pub. Dei cooptatos, coq; Domino prope constitutos, & Gentes ab illa R. pub. alienas, eoq; uelut longe à Domino dis̄itas. Quod namq; iusta, legesq; Dei illi obseruarent, has abominabantur, quibus illa data non erant. Atq; h̄ec lex, uel traditio, mandata & edicta continens, ceu interstitium quoddam, & maceria erat, disiungens à se inuicem Ebreos, & reliquias Gentes. Veratamen inter Iudeos & eihnicos inimicitia, hoc est, diuersitas erat, quod illi uerum Deum colerent, hi minime. Sed quia peculiariter ab Ebreis Deos coli uoluit, ceremonias quoq; peculiares illis dedidit, quibus ab omnibus gentibus secernerentur. Iam neq; è gloria Dei, neq; è salute gentium erat, ut tam uarie & multæ ritus & statuta omnia, genti Ebrææ, tradita, amplerentur.

Ergo ut unus ex utrisq; Dei populus coagmentare= Ut electi tur, morte sua C H R I S T V S interstitium di= omnes u= mouit, & internum & externum. Internum, impetra nus essent to & Gentibus spiritu sancto, quo D E V M cognoscere i Christo, scerent & colerent, externum, ceremonias illas, & uariorum ritus, abolens, ne obseruantes illos Iudei, Gentes præ legis cerise contemnerent, quibus tum neq; possibile erat neque sa= monias lutare, eos ritus omnes obseruare. Traditi namq; fuerunt oportuit, genti que in unam externam etiam Rem. pub. potuit

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

congregari, terramq; Canaan inhabitaret. Neque pauci  
enim ritus necessario inhabitationem eius terrae posce-  
bant. Qui uel solum hoc Gentibus obseruatu possibi-  
le fuisset, ut ter in anno omnes marcs ad locum tabernacu-  
li uenissent? Ut igitur quæ externa, atq; iæco cum pietate  
non necessario coniuncta, Ebræo populo præcepta fue-  
re, gentibus uniuersis, obseruatu nequaquam utilia, ple-  
raq; etiam impossibilia erant, ita quo per omnia inter fi-  
lios Dei conueniret, quicquid eiusmodi fuit, cum gentes  
Ebræis in Domino conglomerande erant, oportuit abro-  
gari. Siquidem ex Actis Apostolicis, atque Paulinis li-  
teris abunde liquet, quantum sanctorum concordiam tur-  
barit, quod externa illa esse abolita, sero quidam agnosce-  
rent. Iam in unum hominem, & in idem corpus re-  
digendi erant, filij Dei uniuersi.

Ipse pax  
nostra.

Hoc cum morte & sanguine suo effecerit Dominus,  
recte pax nostra, hoc est, ut uerti, author pacis nostræ,  
per quem Gentes & Iudæi unus DEO sumus, dicitur,  
extinxisseq; in carne sua, hoc est, sacrificio corporis sui,  
inimicitiam prædicatur. Hinc ergo liquet quid potissi-  
mum C H R I S T V S incarnatus, & mortuus  
orbi præstiterit, quo prius ille caruerit. Etenim & an-  
tequam homo fieret, eius merito spiritus sanctus electis  
omnibus contigit, quo D E V M agnoscerent & pie  
uiuerent, accepta peccatorum condonatione. Hoc ergo  
homo factus, mortuus, & rursus in uitam beatam, & ad  
ministra-

Quid ex  
Christi in-  
carnatio-  
ne mun-  
dus perçœ  
perit.

M. BUCERI COMMENTARIUS.

ministrationem regni Dei exaltatus , plusquam ante præstítit , quod effusus fuit postquam regnum suum gloriósus in iuuit spiritus Dei super omnem carnem , hoc est , omnē genus hominum , congregariq; cœperunt , & qui dispersi in gentibus filij Dei erant Iohan. 11. Vel ut hic Paulus ait , qui procul erant , id est , nihil cognitionis Dei habebant . Ii nār q; adducti sunt , ut propè essent , id est , Deum simul cum Ebræis ampliter cognitum , studiosissime colerent , ut quām late orbis patet , ipse imperaret , adorarentq; eum omnes reges , omnesq; gentes seruirent ei , ut Psal. 72. prædictum fuit .

Omnia sane de C H R I S T O uaticinia , illud  
1. Moscheh 49. & quæcunque fere Prophetæ habent , Gentes à  
ei hoc tribuunt , quod ipse gentes debuerit ad Dei cogni= morte  
tionem & pictatem perducere . Hoc igitur , ut propri Christi illu=  
um suum bonum , quod morte eius , mundo nouum offer= strande  
ri debuit , iam corpore è mundo egressurus orabat , Io= Euāgeliu  
hannis decimo septimo , di . Non pro eis autem rogo tan= erant.  
tum , sed & pro ijs , qui credituri sunt per sermonem eo=  
rum in me , ut omnes unum sint &c . Semel quidem offer=ri ipsum oportuit , cuius gratia , remissa peccata sunt , qui=  
buscunque unquam remissa fuere , eoq; tandem in fine  
temporum , hominem ipsum nasci , ut imolare tur , opor= tuit . At quod Euāgeliū omni creaturæ , & quidem  
cum fructu prædicatum est , id bonum est , quod orbis à  
morte eius nouum accœpit , quo declaratus scilicet fuit ,

H 4 incompa=

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

incomparabilis mortis eius fructus, qui est, ut Iohann. 14.  
testatur, congregari in unum filios Dei dispersos.

Vchementer itaq; falluntur, qui Christum in hoc, in carnem uenisse adseuerant, ut perfectiorum uiuendi formam, & legibus præcipere, & exemplo exprimeret. Sat tis superq; enim præceptorum erat, ut adjici nihil queat, neque deerant exempla, quæ quidem homo posset in hac uita assequi. Quid adjicias quæso perfectioris doctrinae & huic breui præcepto, diliges Deum tuum ex toto corde &c. & proximum tuum sicut te ipsum, aut quid his C H R I S T V S adiecit uel Apostoli? Certe omnia in hoc summatâ docuerunt. Quid etiam desideramus nos, in Moscheh, Abraham, Eliah, sanctisq; alijs plurimis? Quanquam ut externa sunt, cum præcepta tum exempla, ita nihil nos mouere possint, si non formet intus spiritus D E I. Qui si firmator adest, neque præceptis, neque exemplis illi opus fuerit. Quippe profunda D E I scrutatur, & exemplum sumit sibi à Deo ipso. Ut igitur semel patri pro peccatis nostris re ipsa satissacheret, atque inde partæ salutis specimen edaret, sparsa sui cognitione per uniuersum orbem, luculentiusq; quam antea unquam uirtute spiritus sui effusus iam in omnes gentes, exerta, cum definitum à patre tempus impletum esset, homo nasci uoluit, indeq; corporis sui sacrificio peracto, gloriosus tam in gentibus, quam iudeis, præcipue autem in gentibus,

quod

Contra  
eos qui  
dicunt  
Christum  
uenisse, ut  
nouas le-  
ges con-  
deret:

quod arcano Dei consilio, cæcitas ex parte Iisraëli accidet, regnaturus.

Quia uero præcipue uenerat, mundo ampliorcm diuinæ bonitatis cognitionem allaturus, & ipse dum in carne egit Euangelion huius prædicauit, & Apostolos qui idem annunciantur delegit, atq; in hoc amandauit. Ut uero ostenderet quām absoluta suos suo spiritu esset iustitia exornaturus, consummatione scilicet multo, quām ex lege sibi Pharisæi & scribæ parare unquam potuissent, de perfectissima sui abnegatione, proximorumq; dilectione leges Dci sepe magnifice differuit. Deniq; ut declararet, se nequaquam uenisse ut legem solueret, sed potius ut consummatum, tam reddendo illius præceptis germanum sensum, quām uirtutem suppeditando ea implendi, pleraque legis præcepta phariseorum commentis obscurata, exponendo eorum uim, repurgauit, suæq; luci restituit, uti uidetur est, in longa illa oratione apud Matthæum. Ut igitur neq; Christus ipse, neq; Apostoli noua præcepta dederunt, ita insanum figmentum est, eum ut nouas et consummationes leges ferret, exemploq; suo eas comprobaret, in carnem uenisse, perntiosius autem quod aiunt, mortuum eum, ut ad gnauiter moriendum nos animaret, quasi non & ante uel in Machabæis inuicti spiritus exempla extitissent.

Proinde missis istis, quibus proh dolor Christus uer nondum innotuit, prophetas potius, Christum ipsum, & Apostolos sequamur, qui præter expiationē peccatorū, eorum omnium, qui ad uitam electi sunt, hoc incarnationi

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Christi præcipuum bonū accepiū referunt, quod sparso Euangelio gratia per uniuersum orbē, dispersos dei filios ad se caput & scrutatorem illorū, fide collegerit, & collecturus sit, donatos ut suo spiritu, ita solida pietate. Sic certe Iescha. 53. prædixit. Domino placuit percutere eū infirmitate, si corpus suum, hostiam pro peccato posuerit, uidet debit posteritatem, et prolongabit dies, & beneplacitum Domini per ipsum prospere curret. Defunctus molestia animus eius, grata uidebit, satur erit bonis, & perscientiam suam, iustos reddet ipse iustus seruus meus, multos, nam iniquitatem corum ipse pertulit. Eadem Psalm. 22. magnifice canit, fore scilicet à Christi glorificatione, ut conuertantur ad Dominum omnes fines terræ, & genua coram eo flectant, uniuersæ stirpes gentium. Quoniam Domini sit regnum, & dominaturus sit in gentibus &c.

Porrò hoc opus quam magnifice tempore Apostolorum cœperat, cum unus Paulus à Hierusalem per circulum, usq; in Illyricum omnia Euangclio repleuerit Rom. 25. tam parce uisus est illud facere, pace externa Ecclesijs sub Constantino redditæ, adeo seclis & emulationib. scilicet debantur illæ, & peribant, penitus autem intermittere, rit opus cō post Heraclium Imperatorem, quo tempore simul & Machometana lues, & Romani Pontificis tyrannis orbem inuaserunt, Christiq; regnum, reddiderunt quam angustissimum. Nunc rursus Euangelij sui lucem resulgere fecit, que plane non paucos ita illustrauit, ut pro confessione eius, uitam magnanimo spiritu, posuerint, at si cum prædicatorum

Vt uaria  
rit opus cō  
uertendi  
gentes.

dicatorum eius, tum auditorum, plurimam infirmitatem  
spectes, quantaq; ubiq; sese ingerat hypocrisis, nescias  
quid Dominus facturus sit. Certe per paucos nos Paulos,  
Barnabas, Timotheos, & id genus Apostolos habemus,  
neq; plebes ostentare licet, quæ graues adeo, et diuturnas  
persecutiones tam constanter, ut de priscis Ecclesijs legi=  
mus, ferant. Si forte Dei bonitas, ex humili initio, præcla=  
ram regni sui gloriam rursus in orbe uoluerit excitare,  
qui ante magnifico initio, illud mundo inuectum, paulo  
post obscurari et in arctum contrahi passus est, tanto plus  
erit, de quo bonitati eius gratias agamus. Profecto si nos  
ipsos, & qui prædicamus, & qui audimus Euangelion  
considerauerimus, nihil præclarum nobis pollicebimur,  
at si mira D E I opera, quæ paßim in orbe ædit, &  
suspensos ad quandam rerum immutationem hominum  
animos perpenderimus, utcunq; nostra habeant, uerifi=  
mille apparebit, Dominum potenter gloriam suam orbi  
rursus ostensurum, id faciat. Amen.

Atqui de abrogatione legis, cum à multis, multa di=  
spitata sint, quanquam pauci adhuc, id quod res est te=  
neant, dicendum à me hic est compendiose, præscriptum Cerimo=  
cum in Matthæum fuse satis de re hac differuerim. Lex nñ lex  
Dei, id est, uitæ & pietatis doctrina, quæ feré נָתַן in per Chri=  
scripturis uocatur, ne quaquam abrogata, sed per Chri=  
stū, qui suis et recte intelligendi eā, et sinceriter pficiendi, ta est.  
spiritum donat, impleta est & confirmata. Vnde hic Pau=  
lus non

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

lus non legem simpliciter, sed τὸν νόμον τῷ εὐτολῷ  
ἢ δόγμασι, id est, legem mandatorum, in decretis si-  
tam, abrogatam scribit, mandata & decreta huiusmodi  
intelligens. Istud edundo, illud uitanto, hoc tangunto, illa  
reijciunto, hoc die operantor, illo feriantor, & similia.

Quare & ad Colloſſen. 2. scribit Christum deleuisse  
quod aduersus nos erat chirographum (intelligit autem  
leges Moscheh manu scriptas, cum uera Dei lex, spiritu  
scribatur in corda electorum, & deleri nequeat) & susti-  
lisſe illud, quod contrarium nobis erat per decreta, affixū  
cruci, eoq; neminem debere nos iudicare in cibo, aut potu,  
aut in parte diei festi &c. Ex qua Pauli illatione, satis li-  
quet, de quo chirographo, & quibus decretis loquatur.  
Certe illud diliges Deum tuum ex toto corde &c. & pro-  
ximū tuum sicut te ipsum, in quo lex et prophetæ pendet,  
nequaquam deletum, & è medio sublatum est, sed à glorifi-  
catione Christi, ad plurimos primum Euangelijs prædica-  
tione propagatum, Deiq; spiritu effuso super omnem car-  
nem, stabilitum, quo scilicet iam in corda, non manu in  
chartas uel membranas scriptum fuit. Igitur quod per  
Christum deletum chirographum, & è medio sublatum  
Paulus scribit, id ipsum est, quod hic legem mandatorum  
in decretis (ego uerti legem mandata, & decreta conti-  
nentem) uocauit. Et ne quis ambigeret, de quib. mandatis  
& decretis loqueretur, per quæ Chirographum illud no-  
bis contrarium est, subiccit: Ne quis igitur iudicet uos in  
cibo

Locus Col  
loß. 2. de  
deletio chi  
rograp-  
pho.

cibo & potu, aut parte diei festi &c. quo satis superque explicauit, se de ceremoniarum decretis locutum, quod adhuc clarius reddidit, cum paulo infra eodem loci mimeticos illa perstringit. Ne tetigeris, ne gustaris, neq; contrectaris, quæ omnia ipso percunt abusu, iuxta præcepta & doctrinas hominum. Hominum enim et non Dei, erat Euangeliu iam coruscante, illorum exactio.

Vere autem per decreta istiusmodi, lex Moscheh scripta, contraria nobis fuit, malisq; potestatibus obnoxios reddidit. Delendum siquidem ē populo suo Dominus statuerat, eum, cuius caro præputij non fuisset recisa, seueretq; adeo Sabbathi obseruantiam exegit, ut interfici iubaret, qui illam uolarat. Quid, libri Moscheh pleni grauiissimis minis existunt, contra ceremoniarum transgressores. Et teste Petro tamen iugum hoc, nulli unquam Ebræi portare potuerant. Ergo mortuus in cruce pro nobis, quia redimere nos, iuxta prophetarum uaticinia uoluit ab omni seruitute, & spontaneum, atq; Deum in spiritu & ueritate colentem populum reddere, quem ex gentibus & Iudeis coadunasset, Chirographum, id est, legem Moscheh scriptam, quatenus mandata & decreta continent, de externis istis rebus, quæ abusu pereunt, & per se ad pietatem nihil faciunt, delenit, affixumq; cruci ē medio sustulit, ne cuius conscientiam religione perstringeret, quare Apostolus, ut dixi, illico de liberatate hæc infert: Ne quis igitur uos iudicet in cibo &c.

Proinde facile est, si quis hæc perpendat agnoscere, quæ in

Quomo  
do Chiro-  
graphū, id  
est, lex Mo-  
schæ ma-  
nu scripta  
cōtra nos.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

**Male dici-** quæ in legibus Moscheh abrogatae sunt, quæ minus. Nam dicere absolute, legem abrogatam, non est secundum scripturam loqui, multo minus quod quidam scribunt, etiam decalogi præcepta abrogata. Abrogata enim lex ea dicitur, quæ obseruare non est necessum. A male dicto legis, etiam decalogi dicere nos liberatos, magis conueniebat, ita enim ex scriptura loquitur. Nos siquidem legi nunquam hic satissimus, id ne nos damnet, efficit morte sua C H R I S T V S, qui eum nobis spiritum sanguine suo comparauit, quo certò speremus, eorum quæ hic delinquimus condonationem, et fore olim, ut ad legem Dei, toti reformemur.

**Quæ le-** Abrogatas igitur dicamus eas leges, quas obseruandi nulla iam est necessitas. Ex uero sunt, quotquot præcipi-  
**ges abro-** ges abrogatae quibus tota pietas constat, non est necessario connexum. minus. Sic tu Deum, ut patrem et summum bonum, uero amplecti et colere potes, etiam si nullam illi pecudem mactes, quæ igitur præcepta sunt de sacrificijs externis, abrogata sunt. At uere credere D E O, et non celebrare nomen eius non potes, quod igitur D E V S in sacrificijs potissimum requisivit, nempe ut fidem suam in D E I bonitatem, gratumque animum illis testarentur, abrogatum non fuit. Multo minus, illud, ne alienos Deos colas, idolâue adores.

Sic uera erga proximum dilectione esse potes, etiam si, quæ sponte septeno anno prouenerint pauperibus regi-  
onis

onis non relinquas, potes enim ita illis aliâs benefacere, ut  
hac beneficentia non habeant opus, at deserere eorum ino-  
piam, quod præcipue D E V S in hoc mandato spesta  
uit, non potes. Illud ergo de Sabbatho septimi anni  
abrogatum est, non autem ut pauperibus benefacias,  
multo minus, ne cui sua fureris, aut aliâs cum iniuitate  
auferas.

Ad eundem modum si gestes uestem ex lana & lino  
contextam, quales nostri agricolæ conficiunt & gestant,  
poteris nihilominus decenter & frugaliter uestiri, eoq;  
nihil uel contra fidem, uel dilectionem peccare, at si talem  
uanitatis & luxus studio tibi parares & gereres, quod  
prohibere Deus isto mandato uoluit, certe & contra  
D E V M, cuius donis abutereris, & proximum, cui  
iniurius es, inaniter perdendo, que illi possent esse usui,  
peccares. Abrogatum itaque est præcepium, de non ge-  
stanta ueste, ex lano & lino contexta, quod autem ad  
luxum attinet, abrogatum non est, multo minus alia, quæ  
contra foedas uoluptates præcepta existunt.

Nec aliter se habent leges politicæ. Si magistratus adul-  
tero iuxta legem Constantini caput amputet, nequaquam  
contra fidem aut dilectionem fecit, quod non ut lex Mo-  
scheh iubet, eum lapidari, at si impunc illi adulterium esse  
sinat, contra D E V M sanè & proximum deliquit.  
Quapropter ut lapidibus adulter obruatur abrogatum  
est, at nequaquam ut non puniatur.

A dhunc

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Ad hunc modum & de preceptis reliquis faciendum iudicium est, quicquid per se ad pietatem pertinet nequam per Christum abrogatum, sed potius confirmatum est, quia electis omnibus, beneficio eius, quae eiusmodi sunt in corda & uiscera, hoc est, in intimum mentis inscribuntur. Quicquid autem sic se habet, ut sine eo, & de Deo optime sentire, & proximum sincero amore quis queat complecti, atque ita ad pietatem per se non attinet, externumq; & mundi elementum habetur, id omne, qualemque sit, abrogatum est, quia iam hora est, ut ueritadorees adorent Dominum in spiritu & ueritate Iohann. 4. & tempus noui foederis, quod aliud nobiscum Deus icit, quam cum patribus, quando illos ex Aegypto eduxit, non enim ad externa modo uult nos esse obligatos, ut tum patres obligauit, sed suam legem inscribit in corda, ut ipsum omnes cognoscamus, & libera fide atque dilectione, attemperemus omnia, de quo Iirmeiah 31. Reduci enim electos ad eam simplicitatem & libertatem, per Christum conuenit, qua primi sancti Deo placuerunt, qui neque circumcisio, neque quouis alio, de rebus per se ad pietatem non attinentibus precepto onerati fuere.

Siquidem cui uera fides adeat, ultro animus diuinæ gloriæ in omnibus studet, si dilectio sincera, nihil mali, sed omnina bona proximo exhibentur. Hæc solida pietas est. Neque est aliquod preceptum per Moschum datum, in quo non sit hæc uera pietas spectata, uerū sunt simul adjuncta extrema aliqua, quæ ut sine illa praestari possunt, ita sancti ad ea

ad ea minime obligantur, neque ea legis nomine proprie censentur, sed fuerunt temporariæ duntaxat uerorum præceptorum ceremoniæ. Tempus aduenit de quo cum Ioele, & alijs Prophetæ prædixerunt, in eo saluum fore, quicunq; inuocauerit nomen Domini, hoc est, Deum suū uerc agnouerit, & liberū fuerit confessus, nulla igitur præterea ceremoniarum legis necessitas Christianos premerere potest. Ex his qui ea recte, cum indicatis scripture locis expenderit, poterit de abrogatione legis, & sentire uerius, & loqui, quam quidam magnietiam, religiosius.

Cæterum ne quis eo offendatur, quod Chirographum per Christum deletum interpretatus sum, leges ceremoniaris, quod magni quidam testimonium contra nos con Chirogra scientiæ interpretantur, decepti nimurum ex eo, quod chi phū Col rographo cuiusq; irrefragabile contra eum, testimonium loß. 2. non constet, monuerim ut pius lector probe cum statum orationis Paulinæ, tum uerba in citato loco expendat, indubie entia testi uidebit Apostolum, non de testimonio contra nos conscientiam, sed de uirilis legis ceremoniarum agere, atq; probare, Colloſſenses quamlibet carne præputium habentes, cum Christo tamen, qui peccatis antea mortui erant coniuncti, & liberatos esse morte eius ab earum legum onere, quæ de externis rebus statuunt, ut cælestem iam & libera ram ab elementis mundi Domino uitam, uiuamus.

Et adueniens Euangelizauī  
pacem uobis &c.

# IN EPIST. AD EPHESIOS

**Sectiōn. 2.** Probat Christum per aduentum suum in carnem, sūtulisse inimicitiam quæ gentes inter, & Ebræos erat, recēdētissimq; utrosque in unum, quia Euangelizauit pacem, id est, Dci benevolentiam, indeq; omnifariam salutem et felicitatem, & que ihs, qui longe erant, id est, remoti à cognitione Dei ethnicis, quam qui prope, nempe legem Dei doctis Iudæis. Amandans enim discipulos suos ad prædicandum Euangelion, iussit id prædicare omni creaturæ, per uniuersum orbem, addens, saluum fore, quicunq; ei fidem habuiisset, quacunq; ex gente esset, Euangelion autem hoc fuit, per Christum electis per uniuersum orbem, campa tris benevolentiam partam esse, ut spiritu bono, eos esset donaturus, quo & essent, & esse se non dubitarent, ipsius filios & hæredes, quibus propter sanguinem Christi, omnia peccata esset condonaturus, & eos prorsus iustos & beatos tandem redditurus. Id certe fuit, pacem Euangelizare, hoc est, omnem salutem & felicitatem. Quam cum & Gentibus procul à Deo, propter multiplices & abominandas superstitiones dis̄sitas, annunciare suos ius sit, ipse cōfirmans sermonem corū, sequētibus signis, immo ipse, in eis suo spiritu illam annuncians, recte hic à Paulo scribitur, quod adueniens Euangelizauerit pacē, et gentibus quæ longe erant, et Iudæis qui uidebantur esse prope.

Per ipsum enim inquit aditum utriq; habemus ad patrem eodem afflati spiritu. Si ipsius igitur beneficio contigit, ut ad patrem, ipsi reconciliati, adūtum haberemus, afflati uno eodemq; spiritu, quo clamamus abba pater, profecto

M. BUCERI COMMENTARIUS: 58

profecto per ipsum pax uera utrisque annuntiata & do-  
nata existit, uereq; prope facti sunt, qui longe erant, neq;  
quicquam est, quo gentes, quæ C H R I S T O credunt,  
Iudeis inferiores existant. Hoc namque Paulus hic egit,  
ut Ephesijs benevolentiam D E I, qua & ipsi regno Chri-  
sti adducti fuerant, quam potest maximam esse ostenderet,  
quo fidutia amorque illis in D E V M cresceret, cum  
omni studio innocentiae atque dilectionis, quæ scilicet alii  
ter promouerinequeunt.

Porrò illud, Euāngelizauit pacem uobis qui eratis  
longe &c. mutuatum uidetur ex Ieschaiah 57. ubi po-  
pulo Iudeo consolationem D E I nomine promittit his  
uerbis: Vias eius uidi, & sanabo eum, & deducam eum;  
consolationemq; restituam ei, & lugentibus eius. Ego con-  
dens sermonem, pacem longinquō & propinquō, dicit  
Dominus, & sanabo eum.

Notandum uero & ex hoc loco, quod præcipuum  
Christi incarnationi & pro nobis immolati, propter pec-  
catorum nostrorum expiationem, opus extitit, euulgatio in  
uniuersum orbē Euāngelij pacis. Pulchre autē conuēnit,  
ut qui pacem cū patre nobis suo sanguine restituit, suo etiā  
spiritu, eam apertius & magnificentius ubiq; ficeret an-  
nunciari, ut palam fieret ad quid esset homo factus, &  
quid nobis sua morte promeruisset.

Proinde iam non estis hospites  
& aduenæ.

SECTIONE: 71

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Monuerat supra in Sectiunc, 4. Ephesios, ut & Gen-  
tes alias, impuros à Iudeis, & quidem iure habitos, qui  
non tantum carnis præputio fœdi fuerant, sed et mentis,  
sine Christo enim atq; ideo uere alienati à Repub. Israe-  
lis, et fœderibus sanctis extranci fuerant, agentes in mun-  
do, absq; Deo, planè impij, quo factam ergo illis gratiam  
magnifice eis commendet, nunc monet Christi beneficio  
factum, ut iam non modo desierint esse alieni ab Ecclesia  
sanctorum, sed etiam plusquam hospites & aduenæ, qui  
tamen summus in Repub. sanctorum locus erat, quem, ex  
Gentibus nati, poterant consequi, euaserint, nempe conci-  
ues sanctorum ac domestici D E I, non minus, quam  
nati ex Abrahæ semine secundum carnem. Id uero ut intu-  
lit Paulus ex præmissis, nimirum, quod insuti Christo, iam  
non longe à D E O, sed Deo prope facti essent, conditi  
cum Ebræis in unum hominem, & unum corpus, quibus  
per eundem Christum, in eodem spiritu, aditus ad patrem  
contigisset, ita eadem figurate hic repetit, quo magis  
caussam ostéderet, unde tanta ethnicis felicitas cōtigerit,

Ait ergo: Inaedificati fundamento, quo & Apostoli  
& Prophetæ inaedificati sunt, id Christus est, quo utique  
nituntur sancti uniuersi, præter quod aliud ponи non po-  
test. 1. Corinth. 3. Idem autem & lapis ille est in Tzijon  
pro fundamento positus, qui & angulum præciosum  
consummat, quem Propheta fundatum, ut intelligas mo-  
ueri nescium, prædicat. Adiicit autem ibidem, qui credi-  
derit, non festinabit. Nam qui crediderit sic rem habere,  
diste.

id est, Christum esse cuius merito, sanctitatem & plena salutem expectamus, atq; ita coniititur, is certus uitæ eternæ, animo utique erit maxime sedato & tranquillo, minime festinabit, ut sibi bona solitus querat, uti filii huius seculi tumultiuari per omnia solent, perpetuo satagentes, & tamen nihil agentes, semper currentes festini, & ubique impingentes & cadentes. Cum sancti repositi in Christum, certi de benevolentia D E I, uelut in utramuis aurem dormiunt, omnium securi, hoc unum sat agentes, ut innocentem, et proximis frugi uitam suam degant.

Fundamentum ergo Apostolorum et Prophetarum, hoc est, quo Apostoli ac Prophetæ & sancti quilibet, eiuscunq; ordinis illi fuerint, nituntur, Christus est, in quæ omnium scilicet spes recumbit, quo freti corda eorum solidâ consistunt, longanimitate præstolates, dum liberati misericordia exiliij, cælestem hereditatem plene adeant. Idem summus quoque angularis lapis existit, qui scilicet suo spiritu, totam Dei structuram continet, duosq; paret, populum Iudeum & Ethnicum, in se pulchre iungat, ut ita sis agnoscatur, per quem Domini ædificium inferne & superne constet, & conseruetur, neq; conseruetur tantum, sed & incrementum, donec stet consumatum, omne accipiat. Vnde ait: Per quem omne ædificium coagmentatum, exurgit in templum sanctum Domino. Reclite enim Domini templum sanctum dicitur, in quo ille præsens esse, gloriâmque ostentare suam dignatur, id autem in Ecclesia sanctorum facit, tam cumulate, ut eam

Christus fundamen tum.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

plenitudinē iplentis omnia in omnib· Paul· supra uocarit;  
Sane sancti sunt, in quibus olim deus omnia erit 1· Cor.  
15· tum erit ultima manus, huic sancto Dei templo impo=

Aedificiū  
dei nondū  
cōsumma  
tum est.

sita, interum cottidic augetur, non tam continuo alijs &  
alijs uiuis lapidibus super fundamentum Christum repo=

stis, quād ihs quireposui sunt, maiora subinde spiritus in

crementa accipientibus, & à peccatis purgatoribus red

ditis, ut quæ carnis sunt & mundi, continuo magis ac ma

gis in eis facessant, auctiores autē reddātur, fidutia amor

q; dei. Hinc Ephesijs peculiariter ait: In quo et uos coædi

ficamini, in demicilium dei, agente in uobis spiritu. Iam

insiti Christo, et super Christū, cū Apostolis Prophetis et

Sanctis quibuslibet coædificati erant, fide illo per omnia ni

tentes, at quia nondū omnia in illis obtinebat gloria dei, re

ete dixit adhuc coædificari illos, id est, continuo magis ac

magis fundamēto summoq; angulari lapidi Christo, coa=

ptari, purgatos peccatis, & studio dei ampliore informa

tos, idq; agente spiritu. Is namq; cū carne, ad malum tan=

tū propendente, citra inducias dimicat, eamq; cū affectib.

& uitijs suis mortificat, ut cottidie magis ac magis studi=

um nostrum in nobis exolescat, & Dei studium potentius

uigcat. Siquidem apud eum qui Domini sermonem obser

uauerit, pater cum Domino mansionem facit, manifestum

est, apud illos Dei mansionem esse perfectiorem, & do

micilium amplius atq; præstabilius, qui in obscrando ser

monem Christi, per spiritum facti fuerint studiosiores. Sic

ergo qui inædificati Christo sunt, adhuc eius spiritu coædi

ficantur,

ficantur, hoc est, in pietate cotidie perficiuntur.

Cæterum sanctos esse, Dei templum, & domicilium, in quibus peculiariter inhabitet, Paulus. 1. Corinth. 3. et 5. 2. item Cor. 5. et Petrus 2. Epistolæ prioris, prædicant, idem attestante tota scriptura. Neq; aliud & tabernaculum fœderis, et templū Salomonicum designarunt, quā con cionem sanctorū, cuius caussa quoq; illa domicilia dei di- eta fuere. Deus siquidē summa bonitas est, quare ibi præ sentius habitare uere dicitur, ubi illa magnificentius relu- cet, rclucet autem in sanctis, ut in nullis alijs creaturis, etiam angelicis, magnificentius.

Porrò quod tam studiose Paul. æquat Gentes Iudeis, quib. cū affirmat eos, unum hominē et corpus cōstituere, Quare gē in idem fundamentū in ædificatos, in quod Apostoli et Protes Iudeis phetæ, sanctorū omnīū præstatiſſimi, eodem agente in eis Apostolus ſpiritu, pariter cū eis coædificari in domiciliū dei, in cauſſa studioſe fuere ex Iudeis ſupercilioſiores, et ob ceremonias legis æ= adeo æ= quo tumidiōres quidā, qui parē in Christo locū Ethnicis quet. piinaciter negabant, propter quos et abolitas ceremonias tam diligenter cū hic, tum alibi docuit. Etenī et sanctiores Iudeorū, egre admodū pares ſibi in domino Gentes agno uerunt, ut abunde uel ex contētione illa liquet, de qua Act. 21. quacū Petro qui ex circūcione erant, cōtendebant et expostulabāt, quod ad uiros præputiū habētes, fuifset in- gressus. Sed et alia loca in Actis atq; Paul. Epistolis, huius erroris & fastidiij Gentium, quo multi Iudeorum labora bant, haudquaquam obscuras notas continent.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS  
C A P V T T E R T I V M.

Quo Ephesios, amplissimæ Dei erga ipsos bonitatis,  
Sectiun. 1. quam diligentissime commone ficeret, multis de eo disse-  
ruit quod prophani ethnici, alicui à Christo, Deo, & san-  
ctis sine promissis Dei, & spe, Christo insiti, & que ac sanctis  
etissimi quique, codemq; afflati spiritu, eundem, quem  
quicunque alij aditum ad patrem nacti essent, in unum ho-  
minem & corpus, cum electis Iudeis coagmentati, in  
idemq; domicilium Dei coædificati. Iam quo hanc ipsis  
factam gratiam, adhuc magis charam redderet, scri-  
bit se huius gratia uinctum esse I E S V C H R I S T I.  
Nam missus ad conuertendas gentes, tanta diligentia mu-  
Cuius gra-  
tia uinctus  
fuerit. ncri suo incubuerat, ut non solum præ omnibus Apostolis  
reliquis, peius à gente Iudea odiretur, sed apud eos quo-  
que qui C H R I S T O ex ea gente crediderant,  
hinc male audiebat, quod ex capite uigesimo primo Acto.  
admodum manifestum est. Hinc ab Asianis Iudeis, qui  
quem Euangelio apud Gentes fructum fecerat nouerant,  
in hunc modum Hierosolymis accusabatur. Hic est ho-  
mo ille, qui aduersus populum & legem, & locum hunc  
omnes ubique docet, insuper & Græcos induxit in tem-  
plum Acto. 21. Quia accusatione totam ciuitatem commo-  
tam fuisse Lucas scribit, manusq; Paulo iniectas. Unde lu-  
ce clarius est, caussam uinculorum, in quibus hanc Ephe-  
sijs Epistolam scripsit prebuisse, quod premium sanguinis  
Christi, et partæ eo libertatem, contra superstitionē eorū,  
qui ab

qui ab elementis mundi pendebant, studiosius docuerat. Nam eisdem vinculis adhuc tenebatur, quæ ei iniecta Hie ro solymis fuerant, & in quibus, Romam post diutinam captiuitatem ductus fuerat.

Recte igitur ait. Huius gratia, nimirum quod in hoc præcipue incubui, ut et uos alijq; in circuncisæ licet g̃etes, coædificaremini super Christum, cum Apostolis & Prophetis ac sanctis omnibus, in idem domicilium Dei, ego Paulus, doctor ille gentium, quo nemo plus laborauit, unicus sum I E S V Christi. Etenim Christi gloriæ æque, id intererat, atque quod ante liber prædicauerat, tum in omnibus erat eius, cuius solius gloriæ sese mancipium ad dixerat. Ut uero magis exprimeret gentium cauſa, se uincula perferrē, adiecit pro uobis gentibus, cauſamq; uolens simul ostendere, subiunxit mentionem muneris sibi iniuncti, & commissæ dispensationis Euangelij erga gentes. Dispensationem enim benenolentiæ Dei, prædicatio nem Euangelij intelligit. Audistis siquidem dispensationē inquit benevolentiæ Dei, quæ mihi commissa est erga uos. Et ut commissiōne quoq; hanc illis adsereret diuinitus sibi factam, subiecit. Per reuelationem enim notum mihi fecit arcanum &c.

De hac reuelatione scripsit Galatis fuisus. Notum au Reuelatiō tem uobis, inquit, facio fratres, Euangelion quod prædicta Paulum est à me, non esse secūdum hominem. Neq; emim ego facta ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem I E S V Christi. Et paulo post scribit, secum Ecclesiam

I s      perseque=

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

persequeretur, uocatum diuinitus ut Christum inter gentes annunciatet, idq; ilico fecisse, ncmine mortalium consulto, efficacem autem in se erga gentes Dominum fuisse, non minus, quam erga Iudeos efficax fuerit in Petro.

Mysterium autem & arcanum Christi, quod reuelatus ibi Paulus hic memorat, quod & supra exposuit, est, Christum esse caput & principem sanctorum, per cuius sanguinem, redemtionem habemus, quotquot ad uitam electi sumus, siue ex gentibus, siue ex Iudeis, per ipsum enim perficienda sunt omnia. Quod mysterion antea ab sconditum, à morte Christi reuelari oportuit, & gentibus quoq; annunciarci, que iam æque, ac Iudei Christo, immo Iudeis copiosius adducendi erant. Morte namq; sua C H R I S T V S, quod interstitium, inter gentes & Iudeos erat, tam ob ignorantiam D E I, qua laborabant gentes, quā ob fiduciam ceremoniarum, qua tumebant Iudei, submouit. Numq; sibi corpus, in quod ipse caput, cælestes opes cumulatissime effunderet, utrumque populum compegit, qui suo actus spiritu, continuo peccatis magis ac magis purgatur, & pietate plenius imbuitur.

Quid per Sed quorsum commemorat ista hic Paulus? Ut sane hæc Paulus percharam redderet Ephesijs Euægelijs communionem, lus uoluerat quam licet perditæ gentes, cum sancto populo Dei, ex spiritu Ephesijs sua= gulari diuine benevolentie dignatione erant consecuti- dñe. Hec enim uoluit eis significare. Perpendite Ephesijs, qui

qui ethnicoſ uos impuros , Christo ſuo inſeruerit , per  
quem coædificemini cum omnibus sanctis , in ſanctum do-  
micilium Dei . Mihi certe hæc uobis exhibita Dei benigni-  
tas tanti fuit , ut nihil prius habuerim quam eam tum uo-  
bis , tum plurimiſ alijs magnifice commendare , qua cauſa  
et modo uincula perfero , pro uobis utiq; gentibus , quia  
ob ſtudium ueſtræ ſalutis . Sed uiuctus I E S V Chri-  
ſti ſum , in cuius ſcilicet neгotio diligenter uerſanti uiuncu-  
la contigerunt , que etiam ſuo modo ad propagandam  
gloriam iпſius facient . Id facile agnoscetis uerum , quan-  
doquidem audifitſ dispensationem , id est , prædicationem  
d. beneuolentie inter uos gentes , ex peculiari C H R I  
S T I reuelatione mihi commiſſam . Quod igitur Deo  
tanti fuit , ut mihi peculiari reuelatione manifestatum , uo-  
bis prædicandum cōmitteret , et ego ſic aestimaui , ut præ-  
dicando ei omnibus rebus poſthabitis , totus incumberem ,  
adeoq; ut modo hac cauſa uiuctus ſim , idē arcani et uos ,  
qui hinc ex perditis gentibus , filij Dei ſancti et beati euia-  
ſiſtis , debetis maximi habere , quo gratiſitis tam benigno  
in uos patri , auctoq; in uobis illius amore , incrementa ſi-  
mul accipiat , quicquid iпſi gratum acceptūq; fuerit . Equi-  
dem paucis uobis perſcripsi que de Christi mysterio re-  
uelata tenco , que legentes , potestis cognoscere , quid de  
eo intelligam . Et indubie qua eſtis ſpiritus opulentia dita-  
ti , cognoscetis ea nequaquam uulgaria , multo minus in-  
certa eſſe . Quæ itaq; ueſtri cauſa mihi reuelata ſunt ,  
et ego uobis tanto ſtudio primum prædicaui , nunc lite-  
ris quoq;

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

ris quoq; summatim perstrinxii, obuijs animis excipite  
thesaurum, qui æternum beatos uos reddet.

Animaduertamus uero hic, ardens Paulistudium, ut  
commisso Euangelij prædicandi gentibus munere, opti=  
ma fide fungeretur, qua causa & uinctum se gloriatur,  
non quiritur. Notandum & quod se uinctum I E S V  
Christi iactat pro gentibus. Christi enim sumus qui illi ui=  
uimus, utcunq; res nostræ habeant, siue corpore moria=  
mur, siue uiuamus. Rom. 14. Tum autem recte nos illi ap=  
probauerimus, dum quisq; pro sua uocatione, saluti pro=  
ximorum, usq; ad uincula, & mortem studuerit. Obser=  
uandum deniq; & hoc, quod commiſſionis sibi factæ me=  
minit, nam sine canihil prorsus Euangelij annunciare po=  
tuisset. De quare supra.

## Quod utique alijs sœculis non fuit hominibus.

Ethoc ad extollendum precium & diuinitatem Euangeliij, Ephesijs prædicati facit, quod mysterium hoc diuinæ benevolentiae gentibus quoq; exhibende, superioribus sœculis uulgo incognitum, nunc autem sanctis Apostolis & Prophetis Christi, per spiritum reuelatum fuit. Ea  
Non fuit dem fere & Colloß. 1. Apostolus scripsit. Notandum  
alijs sœcu= autem quod scribit filijs hominum, id est, uulgo homini=  
lis filijs ho bus, arcanum hoc non fuisse reiectum, uti nunc reiectum  
minū re= est sanctis Apostolis &c. Nam selectis Prophetis aliquot,  
sectum. & iam superiorum etatum, reuelatum hoc arcanum ex=

titit,

titit, ut testantur abunde uaticinia eorum, quibus luculentissime prædictum legimus, Christo Gentes accessuras, sibi salutis per ipsum parandæ, participes. Neque enim ulla apertior de Christo prophetia extat, quæ non prædixerit gentes Christi regno nomen daturas. At hæc amplissima humani generis reparatio & salus, non solum ignorata uulgo filijs hominum ethnicis fuit, sed et Iudeis quamlibet à Prophetis prædicta, creditu tamen difficilis adeo extitit, ut et Christi discipuli, licet mandatum eius, de prædicando Euangeliō omni creaturæ ignorare haud quaquam possent, admodum ergo sibi cā p̄suaderi sustineret. Quod ex 11. Act. et alijs nō paucis locis literarū Apostolicarū apparet. Ergo nequaquam ut in præsenti seculo, regnate Christo, mysteriū hoc notū antea hominibus fuit.

Vide autem quot & quantis argumentis diuinus nosse orator Paulus, Euangeliū maiestatem commendet. Per se utique ineffabilis precij, multoq; diuinissimū Ephesijs, spiritus iuditio iam donatis, esse oportuit, contigisse ipsis cum gentibus alijs per Euangelion esse cohæredes, eiusdem corporis, atq; participes promissionis Dei, in Christo exhibitæ, quod scilicet per Christum, essent una cum sanctis, quamlibet eximijs, per omnia sanctificandi bean= Quibus dicib;. Nam Deum referre puto, &cūt, id est, eius, hic argumen= positum. Frequenter sane in scripturis, quo relativum tis Euan= cius, significant, adiungi solet, ubi antecedens ex orationis gelij mai sensu colligere oportet, neque aperte præmissum est. Sed statē præ= auget huius diuinitatem, atq; adhuc gratius reddit, quod dicat. ipsis

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

ipsiſ rara iſta & tam incomparabilis felicitas, negata o-  
mnibus retro ſæculis, tam magnifica luce affulſerit. Adij  
cit uero & hoc pondus nonnullū, quod per sanctos Apo-  
ſtolos & Prophetas Dei & Christi, ſpiritu ſancto illu-  
ſtratos, & ad prædicandum hæc impulſos percooperint,  
teſtibus profecto irrefragabilis fidei, & præconibus rei  
omnium maxime ſalutaris, atq; optatæ. Postremo ad-  
dit & hoc aliquam commendationem, quod & ipſe Pau-  
lus tantopere gloriatur ſe, huius miniftrum factum, idq;  
iuxta donum beneuolentie Dei, profecto præstantiſſi-  
mum. Quia ut nemo plus eo laborauit, ita nemo potentio-  
re quoq; ad euulgandam Christi gloriam, ſpiritu prædi-  
tus extitit. Vnde adiecit. Datum mihi ex efficaci uirtute  
eius. Certe res plusquam ſaluberrima, & diuinissima fue-  
rit, neceſſe eſt, ad quam prædicandam tantum Apostoli  
ſuum Deus misericorditer, tanta ſpiritus uirtute instructū. Profe-  
cto ſi quis animū aduertat, ſinguli ferè apiculi argumēta  
habent, quibus Euangelijs, & perceptæ ſalutis inestima-  
bile precluſum, Ephesijs admirandus hic D E I orator  
aſtruit.

Notandum autem, quod ait per Euangeliion gentes fa-  
etas cohæredes &c. Nam ubi datum illis fuit, mifſo ad eas  
Euangeliio habere fidem, in ſiti Christo fuerunt, facti q; p  
cum filij & hæredes Dei, eoq; cum ipſo & sanctis uni-  
uersis cohæredes, con corporati & participes diuine pro-  
missionis, quā Christus exhibuit, pleneq; exhibebit, quan-  
do ſiſtet nos Deo patri ſpiritu ſuo ita ſanctificatos, ut nul-  
lam mat-

Iam maculam rugāmūe simus habituri · Per Euangelion  
igitur, sed creditum, ista tanta gentibus felicitas & salus  
contigit.

## Mihi inquam minori, quolibet      Sect. 5. minimo &c.

Immoratur in commendatione Euangeli, quo Christus Ephesijs exhibitus fuerat, quo scilicet magis gratia animi affectum in eis accenderet. More uero suo, quo Dei dignationē plus attollat, sese admodū deiscit, ne quis scilicet à sua humilitate, Euāgelion estimet. Mihi inquit, ξλα  
χιστέρως cōparatiū fingens ex suplatiuo, quasi dixisset, in simili, quod cupiens exprimere, reddidi, minori quolibet minimo sanctorū. Multū enim fuisse illū in deiisciendo seipso, et alia loca testantur. In priore enim ad Cor. 15. se non tantum minimū Apostolorū, sed & indignum, qui Apostolus vocetur, & 1. Timoth. 1. blasphemum, persecutorem, & violentum appellavit. Inest autem huic sermo Cur ita se nitacita præsumptio, ne quis enim obijcere illi posset, uel se extenuat Euāgelion eius non esse tam eximium, quando ipse inter rit.  
sanctos postremē nota haberetur, uel quod se ipsum commendaret, qui si uum adeo eucheret Euāgelion, præuenit, ultro confitens, non solum agnoscere sese inter sanctos minimū, sed minimo adhuc minorē, ideo nihil minus agere, quā ut ex se ipso aliquid faciat, uerū utcunq; ipse ex se nihil sit, & inter sanctos loco postremiori, uisum tamen esse Domino, facere sibi hanc gratiam, ut inter gentes Euāgeli.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Euangelizaret, in peruestigabilem opulentiam Christi,  
& illato lumine omnibus monstraret, quæ sit communio  
mysterij &c.

Sic & 1. Cor. 15. cum se minimum Apostolorum confessus esset, & indignum qui Apostolus uocaretur, quod persecutus esset Ecclesiam, adiecit illico. Sed gratia Dei sum, id qd' sum, quā efficacē quoq; in se fuisse adeo simul prædicat, ut plus omnibus laborauerit, ne uero uideretur sibi aliquid arrogare, mox subiecit, nō tamen ego, sed gratia Dei, quæ mihi adest. Ita utrung; pulchre cauit, & ne sui ipsius preco uideretur, & ne ab eius mediocritate, Euangelion æstimatum, minoris æquo haberetur. Quis enim contemneret uitæ æterne legationem, quamlibet humili legato adnuntiatam? Aut quis indignum legatione eiusmodi existimet, quem potenter adeo suo instinctu spiritu ad eam pater miserit, ut neminem potentiore.

Ut Paulus ad gentes peculiariiter legatus fuit, nota autem iterum Pauli prærogatiuam, & munus peculiare, cui hec gratia non quidem soli, sed omnium largius efficiatiusq; contigit, ut inter gentes Euangelizaret, in peruestigabilem opulentiam Christi, quam scilicet & in ita de corū illis spiritum impertiendo, & lucem inferre omnibus, ut salute ne= uiderent, quæ sit communio mysterij à saeculis abscondito, docuit, nimirum ut Gentes cōmunem Christum, & per hunc copiosius plenam, & sanctitatem & felicitatem, cum sanctis omnibus haberent. Ad utrung; certe Paulus peculiariter præ omnibus alijs Apostolis delegatus diuinitus fuit, nemo enim

énim alius, uel per tot gentes, Euangelio omnia repleuit,  
uel gentibus parem esse, cum Iudeis in Christo locum,  
omnimodamq; benevolentiae, donorumq; D E I com  
munionem tam luculenter & fortiter docuit. Id o=  
mnes illius Epistolæ, & Acta Apostolorum testantur.  
Porro de peculiari Pauli legatione ad Gentes legitimi in  
Act. decimotertio.

Obseruandum autem, quod addit hic Apostolus, my=sterium Christi, à sæculis absconditum fuisse in Deo, uel  
penes Deum, qui omnia per IESVM Christum condi= Mysteriū  
dit. Non enim ita absconditū apud Deum fuit, quod nullis abscondita  
innotuisset, cum tot tamq; luculenta de eo extant Prophe tum.  
tarum uaticinia, absconditum autem fuit, quia non fuit,  
ne apud Iudeos quidem palam inuulgatū, apud quos pau  
cissimi sane fuerū, qui recte quale esset C H R I S T I  
regnum futurum pernouissent. De quo & supra sect. 2.  
& cap. 2. sect. 4.

Adiecit uero, qui creauit omnia per IESVM Christū,  
quo Christi aeternitatem & diuinitatē prædicare uoluit,  
simileq; est cum illo Iohan. In principio erat uerbum, & Condidit  
omnia per ipsum facta sunt, & sine eo, nihil eorum, que omnia per  
facta sunt, factum existit. Quanquam minime præterea un Iesum:  
dum sit, quod ait per IESVM Christū, non tantum Christū  
aut uerbum. Eo namq; uidetur non solum diuinitati  
Christi hanc gloriam tribuere. Etenim & Colloß. i. ho=  
minem Iesum primogenitū uniuersæ creaturæ facere ui=  
detur, quia eidē hoc tribuit, cui primogenitū esse ē mor=

K tuis. Et

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

tuis. Etsi n. carne, ad finē mundo inclinātē, natus fuerit,  
cū tamē Deo præsentia sunt, et quæ facturus est, in iuore  
et apud Deū fuisse dicitur, & facta per cū omnia, qui ut  
caput Ecclesiæ sanctorum esse, prædefinitus fuit. Caput  
certe eiusdem naturæ sit, qua corpus oportet neq; mem=bris suis posterius esse poterit. Sancti omnes os utiq; sunt  
de oīib; eius, caro de carne eius, infra s. & Adam quo=  
que Noach, sancti q; omnes per ipsum acti, & ad patrem  
ducti sunt, mediator q; illorum æque ac noster fuit, igitur  
et secundum humanitatem, ante omnes sanctos fuit, quos  
patri reconciliauit. Ad hæc Paulus cum 1. Timoth. 2. Chri=stum mediatorem & conciliatorem D E I & hominum  
prædicat, nominatim dicit, homo C H R I S T V S  
I E S V S.

Scio ueteres per cōmunicationem idiomatum duarum  
naturarū multa huiusmodi explicasse, uerum nescio quid  
augustius, quām uulgo sit cognitum, de Christi etiam hu=manitate, mihi uideantur Prophetæ & Apostoli prædi=care. Quantum ad diuinitatem siquidem, eadem est Chri=sti natura, idemq; opus cum patre. Si cui uero uideatur,  
hoc creauit omnia per I E S V M Christum, Domino Iesu  
hominī, nō nisi per alioēsin posse tribui, quod diuinitati,  
non humanitati propriæ creatio rerum competat, neq; hu=manitati aliter tribuatur, quām quia diuinitati coniuncta  
sit, responderi forte posset, non absurde dici etiam per  
Iesum hominem omnia condita, etiam si initio creaturarū  
non dum eſſet homo natus, eo quod constet ad ipsum, &  
propter

propter ipsum, etiam hominem, omnia esse condita, pri  
mogenitū scilicet universae creaturæ, & sanctorū caput,  
p quē cuncta quoq; summatim oportet restaurari, cui deni  
q; subiecta sunt omnia, quiq; uectus est, super omnes An  
gelos, omnium potestate pollens.

Mysteria hæc sunt, quare e quidem nihil definiero, tam  
abest, ut cum quoquā de his contendero, sed video tamen  
maiora uulgi existimatione esse, quæ etiam Christi huma  
nitati, Prophetæ & Apostoli tribuunt. Certe diuinitas  
habitat in eo corporaliter. Fateor autem & facilius &  
expeditius, si ad allœos in confugias, ad hunc & similes lo  
cos respōderi. Diuinitatis enim sunt omnia, quare si que  
humanitatis facultatem superare uidentur, illi tribuas,  
nihil haclenus quidem errabis, uerum uelum, & que hu  
manitatis sunt, pariter agnosci, mire enim ea spem no  
strā erigunt, qui scimus eorundē nos participes fore, quæ  
caput nostrum possidet. Tandem autē tradet hic noster,  
regnum Deo & patri, tum plena erunt diuinitate omnia.  
Vt inam moti hinc quibus spiritus D E I opulentius im  
partitus est, in peruestigabiles diuitias mysterij incarna  
ti C H R I S T I aliquantulum luculentius nobis  
explicit.

Vt notum fieret per  
Ecclesiam &c.

Sect. 4.

Ista, illud in superiori secciuncula, mysteriū Christi à  
seculis penes Deū fuisse absconditū, comprobat. Etenim

K 2 ita hoc

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

ita hoc arcanum apud se Deus continuerat , ut non modo  
uulgo hominum non innotuerit , sed ne Angelis quidem ,  
ut quibus per Ecclesiam demum illud notū fieri oportue= =  
rit . Planior uidetur lectio , si legatur ut eisdem uerti , ut  
nota fiat per Ecclesiam principatibus , multifaria sapien= =  
tia Dei , sed idem sensus resultabit , nam multifaria hæc sa= =  
pientia , nihil aliud est , quam mysterium Christi , per quæ  
tam admiranda ratione humano generi tot modis perdi= =  
to consuluit , unde recte hic Paulus adiecit , quam exhibuit  
in Christo I E S V Domino nostro , per quem scilicet re= =  
generat , quos ante iacta mundi fundamenta , de legit ,  
ex perditiissimis peccatoribus , mortijs addictis , filios  
sibi ex heredes condit . Sic sapientiam suam in perscruta= =  
bilem , inexhaustamq; bonitatem , in Ecclesia electorum  
ostentare , secundum æternum & infallibile propositum  
suum decreuerat , quæ sanctis principatibus & potestati= =  
bus cælestibus non tantum admirationi , sed & summo  
gaudio uoluptatiq; existunt . Vide & Dominus de illis te= =  
status est , gaudium ipsis esse , etiam super uno peccatore  
pœnitentiam agente .

Inducere namq; in animum non possum , ut hæc de ma= =  
lignis principatibus & potestatibus intelligam . Quid  
enim ad extollendam Dei erga nos , in Christo demon= =  
stratam benignitatem , id quod hic Paulus agit , faceret ,  
malis Dæmonibus mysterium Christi fuisse incognitum ,  
nunc autem per Ecclesiam fieri notum ? Si quis autem pu= =  
tet , perstringit acite qui curiosius quam uerius , ita Ange= =  
licis

licis spiritibus nomina indiderant, & eorum auctoritate ad extollendas legis ceremonias abutebantur, ut ad hunc sensum haec scripta sint, multa quidam de principatibus et potestatibus cœlestibus disputant, qualescunq; illi sint, adfirmo etiam ipsis C H R I S T I mysterium a seculis nequaquam plane notum fuisse, sed secundum aeternum propositum Dei, illud nunc primum per Ecclesiam illius sponsam discere, quam mirifice adeo restituit & ornat, ut multifaria & inexplicabilis Dei sapientia, in eadem illis quamlibet sublimibus principatibus & potestatibus innotescat. Si quis inquam sic uelit ista interpretari, equidem nihil repugnauero. De his non nihil & sua principiis sect. ult.

Per quem confidenter agimus,  
& aditum habemus.

Transit ad declarandum fructum eius, quod diuinam erga Ecclesiam tam ex gentibus, quam Iudeis collectam benignitatem, multifariamq; sapientiam tantopre praedi Confidens extulit. Omnium autem primum, quod ex intelleter agere. Eo Christi arcano, notaq; Dei erga nos saluatricc sapientia, nasci oportet, mascula est animi in Deum fidutia, qua confidenter & intrepide agamus, bonitatemq; ipsius animose, quantumuis repugnet mundus, & princeps eius, predicemus. Apostolus siquidem scripsit, ἐπώνυμος τηρητής παραγέγεσθαι, id est, in quo habemus fidutiam, uelaudaciam loquendi. Nam uult ostendere unde ha-

K 3 beat,

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

beat, quod contemptis omne genus periculis tam confi-  
denter cgerit in negotio Euangelico, quo persuadet &  
Ephesij animi alacritatem, & ne ob sua uincula fran-  
gantur.

Ad idem facit, quod subiicit, & aditū habemus, quod  
perinde mihi est, ac si dixisset, per quem audemus rem i-  
psam, quantumlibet periculosam aggredi, & pro gloria  
Christi fortiter agere. Cū enim sermo Euangelicus, prin-  
cipem mundi imperio deturbet, adire certe quae in illius  
potestate detinentur, & cōfidenter agere de regno Chri-  
sti, cui ille irreconciliabilis hostis est, magni fortisq; spiri-  
tus res est, longeq; supra uires humanas. Recte ergo per  
Christum hunc se aditum habere, & audaciam loquendi  
gloriatur. Alius forte hunc aditum ad patrem intelligat,  
de quo supra cap. 2. sect. 5. sed quia (ad patrem) hic non  
est adiectum, & omnino hic de ea fidutia & aditu, loqui  
uidetur, unde factum fuerat, ut uinctus Romam mittere=  
tur, malo aditum hunc intelligere, de audenti aggressione  
Christo quam plurimos lucrificiendi, Satanæ tyrannide  
uindicatos.

Mox uero magis explicat, quomodo per Christum &  
fidutiam loquendi de arcano eius, & adeundi Euangilio  
quoslibet naclus sit, dum subiicit. Ex fidutia quam suppe-  
ditat, qua erga ipsum sumus, fide. Verti etiam potest. In  
persuasione, quæ est per fidem eius. Fides Christi, fides  
est quam habemus Euangilio eius, hac certo credimus  
non solum ipsi nostra omnia curæ esse, & uigilare eum  
super

Ex fidu=  
tia.

Super nos, sed & eternam in ipso, & per ipsum nos uitam possidere. Sic per fidem de ipso sentientes, eam per suasionem, animiq; fiduciam habemus, ut nō dubitemus, nihil nos posse agere uel præstantius, uel melioris frugis, quam ut nomen eius, quantis licet præconijs extollamus, atq; ut ipsi nomen dent, persuadere quam plurimis co-nemur. Hanc fidutiam et persuasionem, fides I E S V Fides sup= Christi suppeditat, in hac uel ex hac aditum habemus, ut peditat fi= intrepide, quocūq; nos uocet Deus, negotiū eius agamus, dutiam. & habeamus παρεγγέλσιαν, id est, loquendi de Domino piam audientiam, certi scilicet hinc nos non solum nullum posse damnum accipere, etiam si milles moriēdum esset, sed nullo alio pacto certius, uitam beatam adituros. Sic quia credimus, loquimur, scientes, quod qui suscitauit Do-minum I E S V M, nos quoq; per I E S V M suscitabit. Cor. 4. Hinc ergo facile patet, quomodo per Christū, con-fidentiam loquendi & aditum habcamus, ex fidutia uel persuasione, quam fides in illum, suppeditat.

Huc uero exemplum sui & cordatiorū Christianorū proponēs, spectauit, ut & Ephesios ad similem fidutiam animaret, caueretq; ne ob suas afflictiones frangerentur, quod mox eos orat, di. Quare precor, ne frangant uos afflictiones meæ, quas pro uobis sustineo, quandoquidem haec est gloria uestra. Qu. d. Tanta nobis per CHRISTVM donata sunt, ut gloriam eius haudqua- quam silere possumus, adeoq; ipsius beneficio eiusmo-di animus, qui libere et fortiter prædicare nō ausit tantū,

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

sed & mire gaudeat, sciens ignominiam, quam hinc coram mundo ferre oportet, solidam gloriam, & mortem quae inde accersitur, æternam uitam parere. Hinc Ephesij vincula mea cum gaudio etiam perfero, in qua nequaquam temere, aut meo aliquo facinore incidi, sed dum impellente spiritu, Domini mei gloriam fortiter adsero, in uestram & aliorum confirmationem mihi à benigno patre dispensata, contigerunt. Oro igitur, ne ea uos frangant, aut pusillanimes reddant. Etenim pro uobis ea sustineo, eo enim quod uestram, & aliarum gentium salutem studiose quæsiui, ea mihi inuecta sunt. Quorum uos tam non debet pudere, ut gloriam uestram, uti sunt, illa interpretemini. Aurum enim quod per ignem probatum, nihil passum detrimenti est, præstantius existit, ita dum aduersis excrcita fides nostra firma steterit, probatior quoque & gloriösior ure habetur. Gloria nostra utique est, nos Deo esse charos, id nūquam luculentius declaratur, quamcum pro nomine ipsius in periculū adducti, agimus fortiter. Cum enim nos ex nobis ipsis nihil uel cogitare boni possimus, tanto utique clarior in nobis Dei uirtus euadit, quanto exaciore pugna uiclores euaserimus.

Vt ergo Ephesijs gloriosum erat, habere Apostolum eximij spiritus, præcipueque uirtutis, nam argumentum id erat singularis Dei erga eos fauoris, ita et gloriosum erat illum præ alijs pbari, et haudquaquam vulgarē se Dei spiritū exerere. Quidā libri habet 2501, id est, erit, quasi dicens Apostolus uoluerit, vincula sua & afflictiones fore Ephesijs

Quæ est  
gloria  
uestra.

Ephesij gloriam Corinthijs sanè scripsit cap. 1. Epistola prioris. Gloria uestra sumus, quemadmodū et uos nostra in die Domini. Nam tum demū apparebit et quantū illis Apostolum, Dominus donauerit, et quem hic in eis frumentum fecerit, sic forte et hic, de die Domini loqui potuit. Per parum autem refert utro modo legeris, hoc enim solum interest, quod in die Domini, quæ modo tecta est, gloria sanctorum reuelabitur.

Porrò cum græce Paulus scripserit, διὸ τιτοῦμας, μὴ ἐκκακεῖν, id est, Quare precor, non deficere, uel frangi, Hieronymus putat etiam sic posse intelligi, quasi petierit, ne ipse deficeret aut frangeretur in afflictionibus suis, sed non solum sermonis figura, uerum et magnitudo spiritus Paulini, et quod in sequenti seculi uincula roboriglios uirtute per spiritum precatur, faciunt mihi uulgam lectionem, ut precatus sit, ne Ephesij ob suas afflictiones deficerent, probabiliorem. Sanè Colloſſensibus, qui bus ex eisdem uinculis scripsit, testatus est, se gaudere super afflictionibus suis pro illis Colloſſen. 1.

Istuc uero quod scribit se pro Ephesij afflictiones ferre sicut et pro Colloſſen. atq; adeo tota D E I Ecclesia rapuerunt quæstus studiosi eo, quasi afflictionibus suis Paulus, premium redemptionis Ecclesiæ auxerit. Nam sanctorum merita, Christi meritis coniuncta, thesaurum fecerunt indulgentiarum, ex quo Pontifex, accepta pecunia, distribuere unicuique posset, unde peccata eius expientur. Nituntur autem potissimum eo, quod Colloſſen. Apo-

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Contra in stolus scripsit, suppleo, quod deerat afflictionum Christi  
diligētias. in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. Sed isti  
ignorant solo Christi nos sanguine redemptos esse. Verū  
Locus Col ut caput nostrum Christum, adfligi oportuit, ita & mem-  
los. i. ex= bra eius necesse est, ea autem cum sibi non uiuant, sed Ec-  
plicatus. clesiae, quicquid patiuntur, in commodum fratrum pati-  
untur, atq; ideo pro Ecclesia. Non quidem ut eorum ex-  
pient peccata, quod sanguine Christi iam factum est, sed  
ut gloriam Dei apud eos promoueant, dum scilicet adflig-  
guntur ideo, quod adiutores illis ad pietatem esse student.  
Sic Paulus passus pro Ecclesia fuit, quia causa Eccle-  
sie, cuius salutis cum summe studiosus esset, diesq; & no-  
ctes in hoc, ut illa auctior cottidie pietate redderetur, in-  
cumberet, principem mundi, cum omnibus satellitibus  
eius in se prouocauit, causamq; dedit, ut adfligeretur.  
Quae tamen afflictiones, Christi, cum ipse eius esset, qua-  
tus erat, recte dicebantur. Viuebat siquidē in eo Christus,  
ergo & adfligebatur in eo. Hinc est, quod scribit supple-  
re se quod in carne sua deerat afflictionum Christi. Habe-  
bat enim & Paulus suam crucis portionem, & in sua quo-  
q; carne adfligi Christum oportuit, iam eorum, quae in eo  
pati Christus debuit, adhuc deerat aliquid, illud iam tum  
supplebat, idq; pro Ecclesia, cui totus viuebat, & cuius  
gratia mundum adeo contra se irritabat.

Sed suaves isti homines non animaduerterunt, si etiam  
obtinuissent, Paulum et alios sanctos, afflictionibus suis,  
precium redemptionis Ecclesiae auxisse, quod tamen au-  
geri

geri non potuit, multum nihilominus abesse, ut probent, sibi eius, quem fingunt, thesauri dispensationem commissam esse. Bis autem insanum fuit, quod afflictiones sanctorum alijs fecerunt tam utiles, qui ipsos tamen, qui cas pertulerunt, iuuare adeo non potuerunt, ut nisi C H R I S T I sanguine redempti fuissent, in morte perpetuò hæsisserent. Notandum præterea confidenter D O M I N I nos negocium acturos, si uere crediderimus, & gloriari nostram esse, si ob Christi nomen adfligamur, quia eo singularis Dei erga nos fauor declaratur, quos scilicet ad illustrandum nomen suum, primo loco constituit.

### Huius cauſſa flecto genua mea.

Ethæc, ad commendationem Euangeli faciunt, et quā Sect. 4. dam ad profectum pietatis adhortationem in ſe continent. Charum utiq; & optabile esse Ephesijs, ſpiritu D E I do natis, oportuit, quod illis tanto ardore, tam eximius Apoſtolus non minus illorum amans, quam uerorum honorū gnarus, à domino petebat. Eo enim quod ait, flecto genua mea, significauit ſe ardenter pro eis orare. Cauſſa uero ut hæc peteret, fuit, qd' crucis gloriā pauciſſimi norunt, unde ait: huius cauſſa, ſcilicet ne deficiatis in afflictionibus meis. De eo quod Deū, patrem Domini nostri Iesu Christi, uocat, dictum ſupra eſt. cap. 1. Sect. 2.

Adiecit autē, ἐξ ὧν πατρὶα, ex quo omnis cognatio, uel familia, in celis & ſuper terram nominatur, ego reddidi, conſtat. Nam & in fratribus ſcribit, ſcortatio, & omnis

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

omnis immunditia, aut auaritia, ne nominetur quidem inter uos, quod equidem non video aliter accipiendum, quam si dixisset, nihil loci apud uos habeat. Ad hunc ergo modum & in præsentiloco, nominari, pro esse intelligo. Sic uero, hoc adiecisse, & ad institutum facit. Petebat siquidem Ephesijs, secundum internum hominem roborari, habitareque Christum in cordibus eorum &c. ut ualerent assequi cum omnibus sanctis, que sit latitudo &c. uoluit igitur adiucere, quod spem eis erigeret, id scilicet nequam frustrapetere, quamlibet Gentibus, qui olim à Republica sanctorum alieni fuissent, atque ideo, ubi Deum, patrem Domini nostri Iesu, vocasset, qui & fratum Domini atque membrorum pater esse indubie dignatur, quod et ipsum in bona spe illos erigebat, adiecit: Ex quo omnis cognatio, parætela, uel familia, in cælo et in terra constat. Quasi dic: Deum patrem dico domini Iesu Christi, quod is primogenitus sit, & imaginem eius plenissime referat, sed confidite, omnis preterea cognatio & familia, tam in cælis quam in terra, ex eo constat, unus omnium opifex est, & nihil eorum quæ condidit odit. Etiam familiæ gentium ex ipso sunt, quare & illis suam bonitatem impertire uoleat, non quidem singulis, sed quos ex illis sibi delegit, inter quos & uos estis, quibus Christum suum dedit cognoscere & adorare. Nihil igitur addubitate, quæ uobis oro, etiam exorabo.

Subiungit his, secundum opulentam gloriam suam. Eadem per gloriam, bonitatè Dei intelligo. Siquidē uere gloriōsus,

gloriosus, nemo est quamlibet sapiens, diues aut potens, nisi idem optimus, & quam liberalissimus fuerit, ita & Deo amplissima sua bonitas, summæ & sapientiae & potentiae iuncta, solidam gloriam parit. Ad hæc dum bonitatem suam electis impartiit, efficit ut & ipsa præclare in illis reuceat, & magnifice ab eis prædicetur, quem tum uera est ipsius gloria. Huius ergo gloriæ, cum opulenta sit, nam diuitias gloriæ dicit, commemoratio, & ipsa benc sperare Ephesios faciebat. At uero quæ Ephesij Apostolus petit, sunt, ut uirtute in internum hominem, hoc est, sicut & uerti, ut internus homo bene habeat, per spiritum Dei corroborarentur, & habitaret Christus per fidem in cordibus ipsorum, essentq; radicati & fundati in dilectione, hoc est, esset in ipsis confirmata dilectio probeq; fundata. Orauerat Ephesios, ne deficerent in afflictionibus suis, hinc occasio fuit, quoniam omnino pati cum Christo, & hic probari electos oportet, ut simul cum ipso regnent glorificati, ut peteret à Deo uirtute illos corroborari per Dei spiritum in internum hominem, ut ille scilicet fortiter haberet, & renouaretur in dies singulos, dum externus corrumpitur. Corinth. 4. Etenim nisi internus homo, noua illa diuinæ dignationis creatura, mens scilicet recte de Deo sentiens, uirtute ex alto induatur, & corroboretur, per spiritum Dei, illi testimonium semper prohibentem, nos Dei filios & heredes esse, quamlibet crucem exercemus, probationem certe crucis nemo feret. Etenim externus homo, id est, quicquid naturæ est, crucē,

qua cor=

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

qua corrumpitur, qui ferat? At dum inuicta aduersus omnem afflictionem uirtute muniti erimus, quando per fidem habitauerit in cordibus nostris Christus, per fidem inquam qua non dubitamus & semper cogitamus ipsum, cui pater dedit omnia in manus, nunquam nobis abesse, omniaq; in salutem nostram dispensare, confirmata scilicet in nobis, proboque fundata dilectione, utique illa, à qua Paulus Rom: octauo gloriatur se separari non posse, quæ est in Christo Iesu, quæ scilicet deus nos, ut dilectos sibi filios fecit & dicit, donec æternū beatos reddat, tum demū sub cruce durare, & in officio persistere possumus, quantumuis aduersis pulsati.

In hac certe dei erga nos dilectione q; recte radicati fuerint & fundati, hoc est, in quibus ipsa radices probe erit, recte q; fundata fuerit, illos non modo nulla tribulatio franget, sed gloriabuntur etiam in tribulationibus, scientes illis se durari & probari, ut firmius de Deo spercent, quæ tum spes, uita sanctorum est, & nequaquam confundit. Si ita accipiamus quæ hic Ephesijs Paulus precatus est, pulchre quadrabunt & quæ sequuntur, quo ualeatis &c. Quia ubi contra aduersa probe duratus animus facrit, & ampla diuinæ bonitatis fide, donatus, ut nihil ad dubitet salvatorem domi se habere, diligiq; semper se à Deo, paratis. & capacissimus sane est, ut quam lata, longa, celsa & profunda Dei bonitas sit, agnoscat & ut undique & consolari, & ad glorificandum deum excitari queat.

Sit tamen quis putet Paulum Ephesijs hic pietatis consummationem,

summationem precatum esse, ut internus homo secundum Deum conditus auctior & robustior contra omne genus malorum, etiam peccata redderetur, & Christus in cordibus ita fide haberetur praesens, ut ab ipso omnia instituerentur, ut deniq; in dilectione proximi radicati & firmati essent, impulsi scilicet bono Christi in cordibus eorum habitantis spiritu, cū hoc nihil contendero, quamquam prior sensus uideatur sequentibus conuenientior. Omnia etiam pietatis hinc pendent, ut satis firmiter persuasi simus, nos Deo in omnibus, quæ immiserit, uere charos esse. Quanto preclarius certe animus de Deo senserit, tanto gnauior erit, & in officijs dilectionis, totiusq; pietatis. Vtrumuis autem sensum accipias, nota quæso, ut ante omnia Paulus interiorē hominem restitutum cupiat, atq; in primis de fide et dilectione solitus sit, externorū admodū securus.

## Quo ualeatis cum sanctis omnibus comprehendere.

Hæc latitudo, longitudo, profunditas, & celsitudo, quam optat Apostolus Ephesios comprehendere, indubie bonitatis D E I est, in omnia sese effundenter, ut quocunq; animum & oculos intenderent, omnia ut sui gratia condita, ita suæ saluti seruire agnoscerent, diceantq; possent cum Psalmographo: Benignitate Domini ple Quæ sit la na est terra. Item, Domine benignitas tua in cælis, & titudo, longitudo tua usque ad nubes. Etrursus, Magna usque ad cætitudo. benignitas tua, & usque ad nubes fides tua, & similitudia. Animus namq; de D E Oper fidei recte sentiens,

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

obuiam habet bonitatem eius, quocunq; sc̄ ueritat, hinc admirationē inexhaustæ eius benignitatis repletur, & amo re ipsius ita accenditur, ut nihil prius ducat, quā ad ipsius gratiam uitam suam comparare, bonoq; animo sit, quicquid ille immiserit. Proinde non ab re Paulus precatur, ut Ephesij, quām late, & longe bonitas Dei patcat, quām nihil supra uel infra sit, quod illam non persentiat, comprehendant.

Ad idem pertinet, quod optat illos nosce præeminentem cognitioni dilectionem Christi, hoc est, maiorem quam per nos si satis posſit. Nihil enim hic de collatione cognitionis, et dilectionis inter se, agitur, neq; uocari solet Christi, que proximorum est dilectio. At qui dilectionem Christi qui animam suam pro nobis posuit, recte pernouerit, que tamen, ut dixi, nunquam satis pernosci potest, uidet quanti Dco sit, neque unquam fidutiam in ipsum ponet. Hoc autem fonte uitæ & salutis saluo, nihil est præterea honorū, quod non large inde promanet. Vnde subicit, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei, quod e quidem reddidi, ut bonitate Dei ad summum repleamini. Etenim plenitudo Dei, abundantia est bonitatis Dei, cum ergo in hanc, id est, ut hanc consequantur, optat illos impleri, perinde est, ac si dixisset: Opto Dei erga uos bonitatem, atq; in Christo demonstratam dilectionem, ita agnoscatis & sentiatis, ut ad summum ac perfectissimum modum, ea perfundamini & repleamini, ut intra & extra, perfusos, & adobrutos uos illa sentiatis. Haec certe uita æterna est,

& lat-

& largissime manans fons omnis innocentiae & pietatis,  
quia solida cognitio Dei. Iterum ergo & iterum monemur,  
à diuinis. hoc Apostolo, quo nos pacto, uitam Deo  
dignam assequi possumus, & quæ sit demum uera & san-  
ctitas et pietas. Utinā qui sua opera tantopere admirātur,  
et lib. arb. somniant, hæc posint perdiscere, quā essent,  
quæ nunc mordicus tacentur, sua dogmata detestaturi.

Potenti uero facere cumulate,  
secundum uirtutem.

Affectibus omnia flagrant, ita & gloriae Dei, & san-  
ctorum salutis studiosus Paulus erat. Insunt tamen præte-  
rea huic orationi tria argumenta, quibus ad sperandum  
Ephesij moueri potuerant, Paulum exoraturū quod ora-  
bat. Primum. Deus potes est, ut faciat, donetq; plura, quā  
non solum petere, sed uel cognoscere possumus. Iam pater  
est, igitur & uolet benefacere filiis. Alterū. Iam efficacia  
saluatrixis uirtutis eius in nobis agit, donatis scilicet spiri-  
tu eius, quo ipsum ante omnia et desideramus & suspici-  
mus, hoc igitur, quod cœpit in uobis opus perficiet, imagi-  
nemq; suam restituet, raptis ad se, quanti estis, manifesta-  
to scil. ampliter seipso, suaq; bonitate ostensa. Tertium,  
Deus statuit gloriam suam, in Ecclesia magnifice illustra-  
re, ut in superioribus quoq; aliquoties Apostolus prædicta  
uit, iam cum aliunde restitui illa & ad gloriam Dei cōpara-  
ri nequeat, quā donata ei ampliore diuinæ bonitatis cogni-  
tione, spes certa esse Ephesijs debuit, quando cœperat illa

L. ut eis

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

eis ostendere, fore, ut plene eam ipsis patefaceret, atq; ita sanctitate & pietate absoluere.

Huius uelut certus, Apostolus gratiarū actione, pro mo re suo, sermonem absoluit. Illi sit inquit gloria in Ecclesia, per Christū Iesum, cuius merito nimurū hæc omnia san ctis contingunt. Porrò quod ait, in omnes ætates seculi sæ culorū, demonstrat sensisse Apostolū quod res est, sancto= rum persecuerantiā, qui scil. Ecclesia sunt, repbi enim ad eam nihil attinent, & si corā hominib. admixti illi habeantur. Hactenus Paul. quid nobis electis in filios dei ante con ditum mundū diuinitus per Christū donatum sit, quod sit Christi officiū, nempe omnia pficere, quod gētes quoq; regno eius adiungēdi per Euangelion facere, atq; ideo leges ceremoniarū abrogandæ, & ex omnib. populis, unus ue luthomo, & corpus domino compingendum, quod de niq; à cognita dei in nos bonitate omnia bona pendeant, et cumulate proueniant, magno spiritu, & ardentibus affe= ctibus differuit, nunc in sequentibus, paræneses scribit & de uitæ officijs monet, non minus dextre, quā ardenter.

## C A P V T Q V A R T V M

### Adhortor igitur uos ego uinc etus Domino.

Dilectio proximi, & legē implet, & hominē dei con= summat, ad hanc ergo per hoc totū caput, multis, et quidē urgentib. argumētis adhortatur, ingeniuq; eius simul de clarat, idq; mox ab initio, submissa nāq; illa est et nequaq; arrogans, quantislibet dotibus excellens, indignis seruire

cogatur, mansueta & minime irritabilis quamlibet iniurijs  
 laceſatur, longanimis & nequaquam impatiens, si iure suo  
 defraudedetur, aut quod debetur, ultra quam deceat, differat Ingeniū di  
lectionis:  
 pſeueraſt. Ea ergo ubi obtinet, tolerat & quis animis se  
 inuicem homines, quādo peccatis nemo caret, condonandoq;  
 et offitijs praeueniendo ſtudent ſeruare unitatē ſpiritus, hoc  
 eſt, mentis, & quidē dei ſtudioſe, uinculo pacis. Vbi enim  
 nemo ſua querit, nemo ſuum ius pſequitur, & ita pacifica  
 ſunt oīa, dū & delicta inuicem condonant, facile idem ſpi  
 ritus, eadēq; mens inter multos ſeruatur. Huiusmodi igi  
 tur, eſt ingeniū Christianæ dilectionis, per quam fides ſeſe  
 exerit & declarat. Ad hanc Apostolus adhortatur, nihil  
 imperat, monens uinculorū, que ſalutis ipſorū gratia per  
 ferrebat, quē nihil & que cōſolari potuit, atq; illos digne ſua  
 doctrina, & ipſorū uocatione, cuius ſimul admonet uiue  
 re. Vocati namq; erant ut filij dei eſſent, bonitate ergo pā  
 trē referre, in primis ſtudcre debebant, gratosq; cōuenie  
 bat eſſe Apostolo ſuo, uiuere igitur debebant, ut consolati  
 onem ille inde perciperet.

## Vnū corpus eſtis uno ſpiritu uiuitis.

Quanta uide argumentorū congerie urgeat, ad tuen  
 dam animorū unitatem. Vnū ſumus corpus, ſinguli inuicem  
 membra, quib; nihil eſt neq; inter ſe coniunctius, neq; ad  
 mutuas operas pp̄p̄ſius, idē ergo apparere debet et in nobis.  
 Eodem ſpiritu uiuit hoc corpus, nēpe Christi, faceſſe  
 re igitur debet mens carnis ſuī ſtudioſa. Ad eandem ſpem  
 uocati ſumus, ut D E V S ſit oīum in nobis omnia, nostri

L 2 igitur

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

igitur amor ponendus, unus dominus, conuenire ergo debet inter seruos, quorum commune & solū studium esse debet, ut domino placeant. Vna fides, uita nostra, idem igitur & sensus, eademq; debet esse omnibus uoluntas, utiq; gratificandi ei, cuius beneficio nos seruatos agnoscimus. Vnum baptisma, quo gregi Christi inscriti sumus, nimis ut fratribus iam non nobis uiuamus, id ergo per dilectionem studendum. Vnus Deus & pater omnium, debemus igitur nos conditi ad id, ut nos mutuo amemus, & fraternam inter nos benevolentiam declaremus, huic pro uiribus imcumbere. Præsidet omnibus, exerit uirtutem suam per omnia, agit in omnibus, hunc igitur imitati, in omnes & nos quoq; benefici simus.

### Vnicuiq; uero uestrum contigit benevolentia Dei.

**Sectiun. 3.** Et à ratione donorū spiritus sancti, quæ singulis in hoc conferuntur, ut utilitatis aliquid, cōmuni corpori adferat, ad unitatem animorum, & studium dilectionis hortatur. Gratiam uel benevolentia uocat, dona & facultates spiritales, quibus instruimur, ut ad cōmunem Ecclesiæ instarationem, aliquid conferamus, quia ex gratuita dei benevolentia contingūt, unicuiq; secundū modum, quem Christus statuit, respondentē utiq; cuiuslibet uocationi. Pro lo Quæ do= co enim quæ quisq; in Christi corpore obtinet, & spiritua na spiritus. Iis ei facultas distribuitur, quæ sūe uocationi respondat. Aliud est enim opus manū quām pedū, aurium quā oculo rum,

rum, suam ergo quodlibet membrū facultatē uirtutemq;  
agendi suū opus, habeat oportet. Sic cum in corpore Chri-  
sti, aliud aliud membrū existat, et ad aliud opus deputatus  
sit, alio item dono, & spiritali facultate instruatur nece-  
sum est. De his donis fūsius Rom. 12. & 1. Corinth. 12.

Hæc autē dona caput Christus omnia dispensat, iuxta  
illud Psal. 8. Cum ascendisset in altū dedit dona homini-  
bus. Ebr. 8. quidē hunc sensum habent, sed nō hæc uerba. Ascendisti  
Ita enī in Ebr. legitur. Ascendisti in altū, cepisti captiuū in altum.  
tē, accepisti dona inter homines, insup et defectores, ut ha-  
bitet dominus deus. Cecinit uero hoc uates, primum de  
Iisraēlitis quos dominus ubi in altū ascendit, hoc est, potē  
ter uirtutem suam declarauit, ab Aegyptiis liberauerat,  
captiuitate eorum captiuā ducta, dum Aegyptios qui illos  
captiuos detinuerant, perdidit. Tum certe dona inter ho-  
mines accepit, populum Iisraēl, quem peculiarem sibi po-  
pulu fecit, his etiam defectores ex gentibus, qui pridem à  
se deo uero defecerant, aliquot iunxit, ut inter eos habita-  
ret Iah Deus. Iam Iisraēliticus populus typus fuit, populi  
electorū, quem ex Iudeis & Gentibus, delecta Satanae ca-  
ptiuitate, sibi dominus postquam in Christo suo exaltato  
in altū ascenderat, declarata sua uirtute saluatrice, coa-  
dunauit, uelut dona sibi ex hominibus reliquis delecta, ut  
in eis per fidem habitaret. Proinde rectissime uerſiculus  
hic in Christum & Ecclesiam quadrat, quam cum sibi ex  
reliquis hominibus, uelut dona quædam ille delegit, suo si-  
bi spiritu adductos, recte dicitur dona et accēpiſſe, & de-

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

disse: Certe ut electi Christum agnoscant, & agnoscere alios faciant, ipsius donum est. Quare cum sibi populum hic colligere uoluit, dona distribuere oportuit uaria, quibus homines et colligerentur, & collecti perficerentur. Huc spe statuit Paulus, & ideo uulgatam fortasse lectionem, sic habentem, cum ueritati non aduersaretur, et ad institutum suum hic ficeret, citare sustinuit.

Porrò ex eo ascendisti in altum, ad Christum proprium hunc uersiculum aptat, neq; præter rationem. Cum enim ascendere Dei, sit cum suam inter homines potentiam declarare, quod cum alia loca multa, tum illud Psalm. 7. Exaltare inter turbas tribulantiam me. Et, Propter illam in altum reuertere, abunde testatur, descendere uero, potentiam suam inter homines ad tempus occulere, maxime proprie dicitur ascendisse, quando potentiam suam, in Christo à mortuis, ad dexteram suam exaltato, declarauit, si- cut & uere descenderat, cum in eodem se, ad mortē usq;, & mortem crucis humiliauerat, diuinitatis suæ potentia tantisper, sub extrema humilitate abscondita. Probe igitur Paulus colligit, si ascenderit Christus, cum etiam antedescendisse, in hæc inferiora terræ, ubi uerum hominem egit, mortemq; pertulit, & sepulchro fuit demandatus.

Hinc ergo ab his inferis, id est mortuis, ex his inferioribus terræ partibus, id est, sepulchro, ascendit super omnes cœlos, hoc est, in conditionem & locum omnium diuinissimum, ut nimis perferret omnia, dedit enim ei pater omnia

Qui ascen-  
dit idem et  
descendit.

omnia in manus, ut ea in unum collecta, plene tandem con summaret. Similem sermonem de Christo & Iohan. 3. legimus. Ipsum esse qui ascendit in cælum, quiq; inde ante, descendit, & sit in cælo. Vere enim etiam humanitatis humilitate teclus, ut dilectus Dei filius fuit, ita in cælo, hoc est, presentiore diuinitatis perfruitione egit.

Alij quidā, hoc implere omnia, eō referunt, quod ascens in cælum, & inde mittens spiritum sanctum, impluerit omnia de se scripta. Quod et si uere dicitur, magis tamen arridet sensus prior, non minus uerus. Videtur enī hic Paulus magis adeo, uoluisse hic prædicare, quid præstiterit hominibus, & quæ dona dederit, perficiens illis omnia, quam quod oraculis scripturarum satissicerit.

Notabitur quam sibi libertatem citandi tractandiq; scripturas Paulus permiserit, sic tamen ut à sensu ueritate non discesserit. Obserua etiam quomodo proprias scripturas de Christo, & Ecclesia interpreteris. Omnes enim ferē & de typis tam Christi, quam Ecclesiæ sonant, sed in Christo, & Ecclesia, plene de munere complentur. De quo alio opere fuius. Frustra namque & cum risu Iudeorum, in multis de C H R I S T O uaticinijs sudatur, dum typis ea Christi negare, & uni Christo adaptare nequicquam conamur. Quæ si typis concederemus et penitus introspiceremus, facile conuinceremus, ea in Christo demū uere, & nequaquam in typis impleta. Nunc cum nihil eorum typis concedimus, facimus, ut et de Christo & Ecclesia, robur amittant, sed de his aliis.

## Et hic dedit hos quidem Apostolos, alios.

Sect. 4.

Dixi, ut dona Christus inter homines acciperet, oportuisse cum dona dare, hoc est, spiritu suo instruere alios, qui alios sibi adducerent, & adductos perficerent. Non quod propter ea aut plantans, aut rigans aliquid sit, sed quod hic ordo Domino placuit. Vbi ergo dissoluta satanæ captiuitate, Christus populum sibi, dona ex hominibus, coadunare per uniuersum orbem uoluit, dedit per suum spiritum formatos et impulsos, alios Apostolos, qui Euangelij legatione, ad multas gentes et populos fungerentur. Alios Prophetas, qui ex afflatus spiritus, per reuelationem docti, Ecclesiam monorent de ipsis, quae in rem eius essent. Alios Euangelistas, qui annuncianti et praedicandi Euangelij dexteritate pollerent, ut praeconium Christi cum frumentis detinarent. Apostoli illi primarij ut Paulus & alij non nulli his dotibus omnibus instruti fuere. Nam animum & successum habuerunt, ad multas gentes perfendendi Euangelion, & ex reuelatione spiritus multa moniti, postea Ecclesiæ docuerunt. Valuerunt denique facultate, praeconium Christi magnifice annuncianti. Sed fuerunt in dubio alijs, qui hoc, aut Prophetæ munere uel utroque valuerunt, nec tamen Apostoli erat. Sic & pastores, quos alibi Episcopos uocatos non dubito, non nullos fuisse facile credidero, qui simul & Prophetæ & Euangelistæ fuerint, alios autem, tantum recte gubernandi Ecclesiæ facultate predicatorum,

Qui Apostoli.

Qui Prophetae.

Qui Euangelistæ.

Pastores.

tos, & non etiam Euangelion dextre prædicandi, uel Prophetae. Doctores.  
 prophetandi. Doctores sunt, qui facultatem docendi, instituen-  
 diq; diuinitus accepunt. Differunt autem à Prophetis, q;  
 hi ex reuelatione certa quædam discunt, quæ postea Eccle-  
 sias doceant, illi autem docent, quæ & hominum ministe-  
 rio, citra peculiarem reuelationē didicerint, tum non cer-  
 tataniū, sed quæcunq; ad pie uiuendū p̄tinēt. Ab Euange-  
 listis uero differunt, quod doctores esse possint, & uitam  
 aliorum pie formare, qui tamen facultate, præconiu Christi,  
 publicitus annnunciandi & prædicandi nō sint prædi-  
 ti. Ad Cor. & Ro. plures spiritales facultates enumerat.

Iam usum horum docet eum esse, ut instaurentur san-  
 cti, id est, cottidie pietate perficiantur, & procedat ita  
 opus ministerij, hoc est, sint qui ad id inseruant, ut uer-  
 bum Domini currat, atq; cum fructu percipiantur, dum  
 Apostoli illud, ad omnes gentes perferunt, Prophetæ  
 de omnibus, quæ scire in rem Ecclesiæ fuerit, illam mo-  
 nent, Euangeliæ Christi gratiam publicitus & magni-  
 fice de prædicant, Pastores singulas Ecclesias rite guber-  
 nant & instituunt, & Doctores Christi plebes sancte for-  
 mant. Sic & ædificium corporis Christi incrementum ac-  
 cipit, dum continuo gregi Christi, & noui adducuntur,  
 & adducti ad omnem pietatem erudiuntur. His itaq; sin-  
 guli unusquisque pro sua uocatione & dono debent in-  
 cumbere, donec uniuersi occurramus alter alteri, & pul-  
 chre conueniamus eadem fide & cognitione filij D' E I  
 prædicti, reiecto omni errorum fermento, ut uirum his

Opus mi-  
 nisterij &  
 ædificiū.

L , referat

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Actas.

Christi ple  
ne adulta.

Christus i  
alijs puer,  
i alijs uir.

Somnium  
Theolo=  
gorum.

referamus, iusta etatis et firmitatis, consecuti mensu=ram plenè adultæ etatis Christi. Ut scilicet Christus in no= bis uiuat, non infans, nō puer, sed uir plene adultus, quod erit, dum ipsi cognitione amoreq; Dei, quantum fieri po= test, quam simillimi euaserimus, nullis neq; errorum te= chnis, neq; affectuum tyrannidi obnoxij.

In Galatis sane, qui ad clementia mundi defecerant, Christus ne infans quidem erat, sed adhuc formabatur. Vnde scribebat Paulus. Filoli mei, quos iterum parturio, donec formetur in uobis Christus. In Corintbijs carnali= bus adhuc, quod contentiones & emulationes inter se ha= berent, puer erat, lacte tantum uesci potens. Ita habet su= os etatum gradus in electis. Profecto in Apostolis, ante confirmationem paracleti, Christus admodum puerum agebat. Virum autem iusta etatis in ijs agit, qui solidam fidem, plenamq; adeo ipsius, & bonitatis Dei in ipso no= bis exhibet cognitionem consecuti sunt, ut dicere aude= ant cum Paulo, quis separabit nos à dilectione Dei? dum spiritales iudicant omnia, & imposturis errorum, una cum uiris insidijs affectuum non cedunt, alacri & offitio= sa dilectione erga proximos uersantur, in omnibus & Dei gloriam, & illorum salutem promouentes. Theologi Sorbonici, ex hoc loco collegerunt, nos in ea etate resur= recturos corpore, qua Christus passus sit. Quasi hic de corporis etate, & non potius spiritus, Paulus loquatur. Quod tamē uel ex eo quod illico subiecit, animaduertere potuissent. Ut non simus iam amplius pueri &c. Nam ut pueri

pueri non sunt confirmato iudicio, ita potest eis persuadere.  
ri quiduis, & in horam eorum animus mutari.

Ne idem ergo usu ueniat Christianis, scribit hic Paulus, Christum suos ministros, non simplici docendi & mo-  
nendi facultate præditos dare, qui ad hoc cooperentur, ut  
unam eandemque fidem & Christi cognitionem omnes con-  
sequantur, & optato sibi uniuicem occurrant, ut coeant in  
unū corpus quam iunctissime, & id corpus cotidie incre-  
menta pietatis accipiat. Sic desinēt sancti pueri esse, sen-  
sibus scilicet, sed in uiros euadent, in quibus Christus ple-  
na iam etate uiuat & agat. Sic quantilibet male sanæ do-  
ctrinæ uenti ingruant, qui nunquam non obturbant, ex  
tante ueritatis cognitione, à sententiâ pietatis nihil illos mo-  
uebunt, facileque deprehendent, hominum imposturam &  
uersutiam, qua sua figmenta solent obtrudere. Cum pu-  
eri fide, & cognitione Christi, haec nequeant animaduer-  
tere, & cuilibet doctrinæ, arrogantius propositæ, & spe-  
cic aliqua pietatis fucatae cedant, uertantur & circunfe-  
rantur, ut qui in ueritatis cognitione nondum sint plene  
firmati.

Ex his autem diligenter notandum, quod iterum car-  
dinē salutis Paulus facit, in fide cognitioneque Christi esse  
confirmatum. Ab animi enim iudicio omnis reliqua uita Omnia à  
pendet, non potest autem illud rectum esse, quando non fide & co-  
optime sentitur de Deo, de quo bene sentiri nemo quiue-  
rit, nisi qui agnoscat eum optimum & id quoque sibi. Id Christi  
autem cognitione fideque Christi habetur, uere igitur haec pendent.  
uita

Ventiva-  
le doctrinæ  
næ.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Pueri in  
Domino,  
non sunt  
ab iisciendi.

Probatur  
externus  
usus uerbi  
Dei.

Sect. 5.

Cōclusio.

uita æterna est, & caput ac fons totius pietatis . Notandum præterea , gradus in hac cognitione esse , quosdam etiamnū pueros esse , qui imposturis hominū adhuc sunt obnoxij , nemo igitur temere abiisciendus , qui in errorem incidit . Qui enim puer in Christo est , grande scire potest , ut & in uirum cuadat , quamlibet modo absq; iuditij uiribus , nihil nisi puer sit . Observandum quoq; in hoc Christum Apostolos suos , Prophetas , Euangelistas , pastores & doctores , ac quicquid præterea est spiritualium functionum , & munerum Ecclesiae sue mittere , ut in ea singuli in Domino adolescent , & incrementa cognitionis atq; fidei percipiant , impie igitur sentiunt , qui externum uerbi Dei usum contemnunt . Vide etiam Christi dominum , & missionem esse , ut quis recta doceat uel moncat , aut aliqua ædificandi Ecclesiam , facultate præeditus sit .

Syncera agamus dilectione ,  
& augescamus .

Conclusio , & quodammodo epilogus est , eorum qui bus ad mutuam dilectionem , & unitatem animorum tandem , hortatus est , ἀληθεύοντες δὲ εἰπεῖ γάπτι . Erasmus uertit , sed ueritatem sectantes in charitate , ut superiori respondeat , quo monuit , ut à uersutia & impostura hominum nobis caueremus . Verum quia hortatus est ne simus pueri , quibus aliorum doli imponant , cui hoc ἀληθεύοντες non adeo respondere uidetur , malo cum Hieronymo & Ambrofio illud sequentibus iungere , nem pe ut

pe ut intelligam Paulum monuisse, ut ueri simus in dilectione, hoc est, ut uerti, sincera dilectione cum proximis agamus, & adolescamus relaturi per omnia eum, qui caput est Christum, cui utiq; membra debent respondeare. Is autem caput nostrum est, ex quo omne corpus coagmentatum & compactum, per omnem commissuram, qua sit subministratio, secundum efficaciam, proportione cuiusq; partis incrementum accipit &c. Nam ut singuli inuicem membra sumus, recte nobis mutuo committamus, & efficaciam iuuandi nos mutuo, quisq; pro sua portione habeamus, ut ita Ecclesia proficiat, & continuo instauretur, idq; per mutuam dilectionem, haec omnia opus & dominum sunt capitum nostri. His igitur & nos membra pro universibus debemus studere, nemo querere quod suum est, sanguini autem ut alij Christo iungantur, iunctuq; in omnipietate proficiant, omni studio curare, cauereq; & submouere, quicquid uel membra laxare, & uel ad mutuam subministrationem infirmare ualcat, ut constet inter nos summa coiunctio, ardensq; instaurandi nos inuicem studium. Nota autem iterum. Omnia Christi capitum opus & efficaciam esse, nihil nostrarum uitrium.

Hoc ergo dico & obtestor per Dominum, ne post hac. Sect. 5.

Monet iam de eo, quod charitatis officia, ad quae exhortatus est, præcipue impedire. Id uero est ingenium naturæ no-

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Gentes  
ignorare  
Dei.

ræ nostræ, depravatae adeo, ut ubiq; sua querat, & nul= lis in rebus modum seruet. Huic in primis renunciare oportet, si pie uiuere libeat. Id ergo ut faciamus obtestatur, fœdo simul gentium, pro naturæ ingenio uiuentiū, exemplo obiecto, ut ab eo auocet. Eius ergo tanti Apostoli tam se= rvo pr.ecipientis, & obtestantis authoritas, deinde & gentium arbitratu suo uiuentium tanta prauitas deterre re, ut Epesios debuerat, ita & nos debet, ne nostro iu= ditio & pro ueteris hominis corruptis non affectibus tan= tum, sed & ratione atq; mente, uiuamus. Vbi namq; spi= ritus Dei deest, mens uana est, nihil ueri boni potens agnoscere, hinc uanitatem uates pronunciat omnem hominem. Sensus obtenebratus est, ut nihil ueræ uirtutis quæ= at percipere, inde necessario alienatio à uita Dei sequi= tur. Vbi enim mens nihil Dei percipit, affectus nihil tale= cupit, manetq; pietatis expers omnis uita.

Recte ergo inquit, propter ignorantiam quæ in eis est, & cæcitatem cordis eorum. Hæc enim fons est omnis mali, sicut scientia Dei, omnis boni. Vnde cum hæc obti= net, indolentia consequitur, ut nihil peccatorum animum pungat, deest enim recti conscientia, deest spiritus, carnem maleficiæ repugnans. Nihil igitur tam fœdum tam im= purum, cui se miseri nō dedant, omnisq; uita eorum laeti= uia, ad patrandam omnem immunditiam, simul & auaritiae addicta est. Alij istud, ἐπ πλεονεξίᾳ, cum lasciuia iungunt, ut intelligas implebili auditate, ignaros Dei li= bidinari. Sed luxuriæ, auaritia semper comes adhæret,

quiq;

quiq; multa per libidines profundunt, per avaritiam & iniquitatem multa conquirant, oportet, quare utrumque malum hic notatum esse, mihi non est dissimile uero.

Vide autem hinc, quid illi doceant, qui iubent, ut suum quisque animum, de agendis rebus, & uitandis consulat. Hic Paulus testatur, eos qui spiritu Dei carent, cæcum habere. Ergo isti, in tenebras homines à luce alegendant.

## Vos autem non sic didicis stis Christum.

Sect. 7.

Conuersationi gentium modis omnibus perditæ, professionem opponit Christianismi. Ea est, ut ueterem hominem, hoc est, istam naturam nostram, quanta est, quæ erunt, ueterem roneis concupiscentijs perpetuo fertur, semper sibi non hominem expetens, & quibus ad sui ipsius corruptionem festinet, qualia profectio sunt, quæcunq; homines Deo vacui concupiscunt, præcipue autem quæ uoluptatis cauſsa querunt, deponamus, hoc est, abdicemus, cupiditatibus eius nequaquam indulgentes. Sic certe ueritas IESV habet, sic in ipso, hoc est, ipsi insiti docti sumus, sic ipsum audiimus & didicimus, nempe ut abnegemus nos metipos, & uoluntati Dei iam uiuamus, hoc est, renouemur spiritu mentis nostræ, ut qui praua & fœda tantuſectabamur, nunc donati Dei spiritu, & nouo, ac sancto mētis iuditio, sancta dūtaxat et Deo grata studcamus, nouūq; hominē, secundum Deum conditum, de qua conditura supra cap. 2. sect. 3. qui iustitia & solida sanctitate, id est, sincera

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Sincera proximi dilectione, & omnimoda uitæ puritate  
olleat, induamus, hoc est, in omnibus exhibcamus. Etenim Christum didicisse & audisse, doctumque esse ueritatem IESV, hoc est, percepisse ucre, que ille suis non tam prescripsit, quam donat, est serium studium uitæ ad Dei uoluntatem, cui aduersintur omnes naturæ affectus, comparandæ, concepisse. Id quod in sanctis omnibus operatur spiritus Dei.

sect. 3.

### Proinde alegantes mendacium, loquimini ueritatem.

Ableg. in=  
dum men=   
daciūm.

Ethic naturæ morbus est, ut fallere proximum iuuet; ctiam ubi nulla est spes lucri, ita uanum redditum est hominis ingenium. Si igitur abnegauimus nos metipso, & mendacium abdicare oportet, ut uere & ex animo, sine fupo & dolo, cum proximo agamus omnia. Sumus enim inuicem membra, igitur ut nos inuicem iuuemus studere conuenit, non ut fallamus. Sic etiam ex animo in omnibus & Dei gloriam, & proximorum salutem querere nos addecet, ut nulla sit mentiendi cauſa uel necessitas.

sect. 9.

### Irascimini & non peccetis.

Et hoc depravatae naturæ morbus est, ut contra proximum, ubi non omnia ex sententia succedunt, illico com Diabolo moueamur, sed si hanc studebimus mortificare, ut irascitur lesi, impotentes nos ipsos cohibere, dabimus tamē operam, ne ad fratrum usque iniuriam, animi indignatio profiliat,

filiat, & pectemus, atq; ideo illico exortam iram reprimemus, non ferentes, ut illa durante sol occidat, ne sit locus apud nos Diabolo, ad perturbandos fratres, nos impellenti. Non enim est sui ipsius compos homō iratus, & ira ui-  
ri, boni nihil operatur, quare uix & que Diabolo locus ad  
nos petet, atq; cum animus ira uelut extra se raptus est.  
Abusus est hic Paulus uersiculo Psal. 4. & admodum sci-  
te, sicut enim hic hortatur ut non sinamus solem occidere  
super iram nostram, ita Psalmus iubet loqui cum corde,  
in cubili, & silere, hoc est, in se redire, remq; probe ex-  
penderē, nimirū ut affectum malū cohibeāmus.

### Qui furabatur, iam non furetur.

Sect. 18.

Furti nomine, omnem iniustum quæstum intelligit, ad quem omnium mortaliū natura propendet, ut quæ satis habere nequeat, quantumvis habeat. Qui ergo ueterem hominem deposuerunt, & isti cupiditati ualedicant op̄ortet, ut non solum fraudare nolint fratres suos, sed etiam suo labore studeant illis, quibus opus habent, conquireat. Hinc uideas, quam dedeant Christianos artes ple-  
ræq; nihil commodi proximis, sed tantum lucrum exera centibus eas adferentes, quibus tamē nihil ferè habetur ho die honestius. Sanc si charitate uita nostra constare debet, & ea nihil sui, tantum quæ profund proximis quærit, debent à Christianis aliena esse, quæcunque in fructuosis proximis artes existunt. Ut autem nunc res nostræ ha-

M bēnt;

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

bent, Cicero ethnicus, longe sanctius de his in libro officiorum primo censuit, quam plurimi Christianorum, & quidem non vulgares. Iam si desit dilectio, quicquid ad sit, nihil sumus, hoc utinam persuadeat Dominus suo populo, & uidebimus, quemadmodum nunc omnes laborium, suos liberos studet subducere, ita magis subductos ocio, illi consecrare.

Sect. II.

### Nullus sermo spurcus ex ore uestro prodeat.

In situum est naturae quam penitissime & hoc uitium, ut mire iuuet nihili, & feret spurcos fœdosq; sermones scribere, uiciissim & audire, ita uanitas sumus. Vnde uix ullus inter profanos uideas agitari conuiuum, quod satis hilariter reducant, sine spurcis & insanis fabulis transactum. Si ergo ueterem hominem deposuimus, ablegandus & hic morbus fabulis obliteratur, non parum pestilens, ut ea tantum loquamur, que instaurent bonos mores audientium. Alioqui contristabimus spiritum sanctum Dei, tum in nobis, tum in audiencibus habitantem. Studet enim ille unice gloriae Dei, & proximorum edificationi, quare non potest non deiisci, ubi non in utilibus modo, sed & noxijs fabulis, & tempus teritur, & animi audientium profanantur. Certe sentiunt molestiam sancti, quoties ab huiusmodi fabulis ad se se redeunt. Obsignati enim sumus hoc spiritu, ut redemptionem olim consequamur, ab omni peccato liberati, huc ergo & in hac uita idem nos spiritus agit, quare molestum esse oportet.

vportet, quicquid cum peccato coniunctum est. Huius ob  
signationis spiritus Paulus & 2. Cor. 1. & supra 1. cap.  
sect. 7. meruit.

Vtinam autem hæc animaduerterent, qui sacramenta  
Christianorum σφραγίδας faciunt, quæ tamen multi  
percipiunt, qui nihil minus sunt quam Christiani, σφρα=  
γίς nostra spiritus sanctus est, quo carent omnes repro=  
bi, hoc ob signamur & inter filios Dei cooptamur in no=  
uissimo die, ad beatam immortalitatem resuscitandi. Hæc  
tessera erit, qua filij Dei agniti, à dextris Domino collo=  
cabimur, non certe sacramenta, quibus cum sanctis, in ex=  
terna hac conuersatione, communio fouetur & alitur.

Sacramen  
ta nō sunt  
σφραgi=  
des Chri=  
stianorū

## Omnis amarulētia et cōmotio , et irā.

Ethoc uitij quibusdam adhæret, ut cū non parū pro=  
pensi sint ad beneficentiam, neq; facile iram apud se con=  
fescere sustineant, sint tamen animi adeo impotentis, ut  
si quid accidat, quod non probent, continuo exacerbē=  
tur aniariq; fiant, commoueantur, ira conciti, tumultuen=br/>tur, uociferentur, & maledicāt, planeq; insaniant. Quæ  
animi eorum intemperies, eis brevi, ac paruo negotio, re=br/>sideat, plurimum tamen dedecet sanctos, qui suauitate  
& lenitate Christum referre debent. Hortatur ergo, ut  
& hec reijscantur, cū omni malitia, id est, studio lœdendi.

Sitis autem inuicem benigni, pro  
penso affectu.

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

Sic enim ingenium est charitatis, non tantum reddit benignos, qui studeant benemereri de mortalibus qui buslibet, sed & ἐυστάχη χριστού, id est, qui sint in proximos affectu propenso, & ardentiore, qui malis aliorum nō aliter atq; proprijs afficiantur, & doleāt, bonis, & que ac suis gaudeant. Sint deniq; eo animo in proximos suos prædicti, quo parentes esse possint, in suauiss. liberos suos. Inde uenit, ut nihil perinde studeant, atq; proximis in omnibus gratificari, & gratuitis inter se beneficijs certent, memores semper ut eis gratificatus Deus est, in Christo, quem unice dilectum filium suum pro eis tradidit in mortem. Hanc erga nos Dei gratuitam beneficentiam, qui recte perpenderit, accendetur indubie, ut cupiat omnia omnibus fieri, totumq; sc, ad gratiam fratrum comparabit, & commodisi eorum se se consecrabit.

### C A P V T V.

Sect. I.

Estote igitur imitatores Dei,  
ut dilecti filij.

**H**AEC SECTIUNCULA ABSOLUIT EXHORTATIONEM, AD OFFITIA dilectionis, quare commodius sequentem sectiunculam, initium capitinis huius fecisset, qui Epistolam per capita secuit. Quæcunq; enim Paulus superiore capite monuit, ad dilectionem pertinent, quæ cum sincera est, ita omnia nostra attemperat, ut proximis utilitatem, & sanctam

¶ sanctam iucunditatem adferant. Cum illam itaq; nihil  
 æque in nobis queat accendere , atq; probe expendisse,  
 quanta nos Deus dilectione præuenit , hanc ut superiori  
 seculi uncula cœpit, considerandam latius proponit . Me= Dilectionē  
 morat nos filios D E I factos , quo quid potuissest no= nos filios  
 bis contingere diuinius , contigit id autem ex mera & li= Dei decla  
 bera Dei benevolentia, debet ergo hoc mouere nos, ut pa= ramus.  
 trem summo studio referamus, ut quemadmodum ipse bo=  
 nitate suā effusissime & gratuito exhibet omnibus, ita  
 & nos benefici in quo libet simus, nihil aliud spectantes,  
 quam quia ita patrinostro gratū est, & cedit in rem pro= ximorum. De qua imitatione & Matth. 5.

Adiicit uero & exemplum Christi , quo nemo potest maiorem dilectionem exhibere , animam enim suam pro nobis posuit peccatoribus & ingratiss . Ut uero hanc incomparabilem beneficentiam amplius commendaret, fru= etum simul huius beneficij exponit . Quod enim semet= ipsum tradidit pro nobis, hostia & sacrificium fuit , quo ut unice pater oblectatus fuit, ita omnia nobis , eius gra= tia, peccata condonauit. De quo supra quedā cap. 1. Sect. 4.

Ceterū solet scriptura, que uult sacrificia grata fuisse Deo significare , dicere ea odorem suauem dedisse Deo. Sic Noach sacrificium, gratum suauemq; nidorem dedisse Dominum scribitur 1. Moschē 9. Iam ex psal. 50. & alijs multis prophetarū testimonij facile liquet , quam parui aestimarit semper Deus , nidore adustæ carnis, sed ea deinceps sacrificia grata habuerit, in quibus, animi deuotionē &

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS:

pietate odoratus fuit. Is. n. nidor Dominum afficit. Huic autem quicquid in ulla unquam sacrificantibus fuit, à spiritu Christi fuit, hic unus ille est, qui se, uere patri obtulit, & animam suam, quam morti non debebat, in mortem posuit, donatque suis, ut & ipsi se suaque ex animo patris voluntari cōfescerent. Sed de his supra. Si itaque tantopere nos Christus dilexit, & dilectione sua tantopere nobis comodauit, debet sane id & nos accendere, ut & nos eam dilectionem inter nos exhibeamus, qua parati simus pro fratribus etiam mori, ne dum alia in gratiam & usum eorum, uel facere uel pati. Nihil siquidem erit aliud quo patri & seruatori nostro gratificari liceat.

Hactenus parænesis, qua exhortatus est ad studium dilectionis, à quo sane externa omnia pendent. Notandum autem, quod nullis alijs argumentis illud nobis persuaderem conatus est, quam ducis à gratia & redemptione nobis facta ex gratiâ Dei benevolentia, per mortem Christi tantum sti. Nam si fides huius deest, spiritus filiorum Dei deest, ad uerum eoque & aures satubria audiendi desunt, & præcipue dypietatis studium lectione nullum locum habet, natura siquidem sibi relicta, animi exercitus adest, non poterit certe potentius animus ad dilectionis officia excitari, quam ubi admonetur, quantis i-

psum antecuerterit bonitas Dei. Hinc factum est, ut Apostoli tantum monuerint, & hortati sint, non etiam imperarint, & præcepta dederint. Frustra enim illa, ut dixi, dantur, cum deest spiritus Dei, ubi ille adest, tantum admoneri

admoncri satis habetur. Imperfectiores tamen, in quibus spiritus nondum satis adolcuit, ut officijs admoneri possint, Pædagogia legis opus habent, qua tamen nā tam ad bona opera impelli, quām ab externis malis arceri poterunt, sed eam non possunt exercere, nisi qui authoritatem in eos habent, Apostoli autem Ecclesiarum ministri, nō Domini aut magistratus fuere.

### Scortatio uero & omnis immunditia.

Sect. 3.

Hinc usq; ad sectiunculam nonā, parænesin texit, qua ad uitæ temperantiam hortatur & puritatem. Etenim uetus homo, nulla in re modum seruare potest, cum aut nō uis ad hoc conditus sit, ut in gratiam tantū & usum proximorū uiuat, & Deum quendam se illis exhibeat, dum ad honestissimam simul & saluberrimam adducere illos studet, consequens certe est, ut scortatio, & omnis immunditia, qua totam uitæ intemperatiā significatam intelligo, sed & auaritia, quæ pestilentia est incontinentia, & ut paulo supra dixi, comes semp adesse solet luxui, nihil loci apud Christianos habeat, Paulus scripsit, μηδὲ ὄνομα τίδε id est, non nominetur, de quo supra cap. 3. sect. 6. Ut ab his autem auocet, nihil aliud obijicit, quām dedecere ista sanctos, id est, filios Dei, qui quām decentissime & temperantissime, ut patrem suum D E V M referant, uiuerē debent.

Ad conti-  
nentiā hor-  
tatur.

Sic & turpitudinem in moribus & uerbis, stultiloqui

M 4 um &amp;

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

um, & facetias abesse hortatur, codem argumento, non  
decere ista. Qui enim agnoscimus ex quantis malis, in  
quanta bona, Dei dignatione translatis sumus, nihil certe  
sonare aliud, quam gratiarum actionem, hoc est, quibus  
effusam super nos Dei bonitatem prædicemus, alijsq; cō  
mendemus, addebet. Dolendum profecto est, & magnum  
spiritus stuporem indicat, Christianos plerosq; tam parū  
animaducere, quam deceant nos nugae & inanes fa-  
bulae, maxime autem omnium sermones turpes. Si namq;  
sermones de Dei in nos bonitate, nos nihil afficere, & ex  
hilarare possunt, argumentum est, nos illam nondum re-  
cte gustasse. Viderunt amatores mundi undiq; occasio-  
nes querere, ut de suis loquantur amoribus, idem faciunt  
diuites, ut suas prædcent opes, & quilibet delectatur, de  
eo loqui, quod sibi cordi est, quare si Deū nos recte nosse-  
mus, de eius benignitate & operibus, loqui satis nunquā  
possemus, neq; ulli sermones plus oblectarent.

Hoꝝ siquidem agnoscitis quod  
omnis scortator,

seqt. 3.

Scortatorem uocat & immunndū atq; auarū, qui his  
uitijs dediti sunt, non qui in illa aliquando labūtur, & rur  
sum resiliunt, ut Davidi contigit. Argumentum ergo Pau-  
li est, scitis qui scortationi immunditiae & auaritiae dediti  
sunt, non habere hereditatem, id est, partem & locum  
in regno C H R I S T I & D E I, in quod iſ  
duntaxat admittuntur, qui spiritu D. E. I., huius-  
modi

modi carnis facta mortificante obsignati sunt, quicq;  
ecdem spiritu acti, carnem suam cum uitijs & concupi-  
scientijs crucifigunt, nolite igitur cum illis participare, no-  
lite intemperantiae illorum esse affines. Hanc autem con-  
clusionem, in sequenti Sectiuncula ponit. Auaritiam, hic  
& ad Galatas cultum uocat idolorum, ut enim idololatre  
opera adorat manuum suarum, ita et auari, nempe pecunia  
& opes. Neque enim seruit pecunia illis, sed ipsi seruiunt  
potius pecuniae.

Monet ad hæc, ne quis sibi inanibus, hoc est, fictis uer-  
bis, quibus quidam ista peccata extenuare solent, præfer-  
tim scortationem, reliquumq; uitæ luxum, patiatur impo-  
ni. Affirmans etiam mala, & iniusa Deo esse, ut eorum  
cauſſa, ultio Dei, non semel grauiſſime, in incredulos, &  
auscultare nolentes, deseuierit. Nam populum Sedom, nct.  
& Aemorah, totum igne absumpsit, & lisraelitarum, Ultio Dei  
uno die, ob stuprum admissum, cum Midianitarum mulie-  
ribus, uiginti quinq; milia extinxit. Notum est, & Benia-  
tationē & mitarum ultio, & pleræq; aliae. De filiis inobedientiæ, auaritiæ.  
quos incredulos uerti, dixi supra Cap. 2. Sect. 1.

## Ne igitur participetis cum illis.

Sect. 4.

Hic uides, scortatores, immundos & auaros à Paulo  
uocatos filios huius saeculi, qui his uitijs toti dediti sunt.  
Cum igitur iij cum Christo nihil commune habent, ut qui  
uiuentes pro ingenio naturæ corruptæ, spiritu Christiua tur scorta-  
ci sunt, debent certe & Christiani ab his eorum uitijs, tores.

M 5 esse

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Tenebrae. esse quam alienissimi. Tantum enim interesse, inter nos & illos decet, quantum inter lucem & tenebras. Tenebrae & nos quidem, hoc est, absq; luce recti iudicij, quod per solum Christi spiritum habetur, aliquando eramus, at nunc in Domino, hoc est, Domino consecrati, lux sumus, illustrati scilicet spiritu Christi, hāc ergo lucem prænabis ferrere oportet, uitæ integritate et sanctimonia, unde mox sequenti Sectiuncula ut intelligas spiritum D E Ignem illum esse, unde nostra lux, id est, rectum iudicium, & integratatis studium, accensa est, qui sint fructus spiritus exponit.

Fructus enim spiritus situs est,  
in omni bonitate.

Sectiun. 5. Si Christi sumus, cuius spiritu agamur necessum est, ut ergo huic qui lux dei est, et non cupiditatibus carnis, que tenebrae sunt, nos agendos concedamus, hortaturi. Et ne videamur à spiritu nos agi, cum carnis nos affectus rapant, monet fructum spiritus situm esse & declarari in Fructus spiritus et te, ut nemo à nobis non & utilitatem & uoluptatem, sed lucis. sanctam, percipiat, in omni iustitia, id est, absolutissima uita & equitate, & ardentissimo, res humanas uiuandi, in omnino denique ueritate, ut quam sincerissime, atq; fide optima, cum quibuslibet uersemur, ut bonitas mentem ad beneplacendum de omnibus faciat propendere, iustitia regens ordinem instituat, omniaque ad summam & equitatem &

tem & honestatem perducat, ueritas cuncta sinceriter atq; ex animo geri efficiat. Quibus studebimus, cum diligenter explorabimus, quid Dco qualibet in re, probetur. Etenim nihil bonū, iustum, aut uerū fuerit, nisi quod nos uoleat agere, Deus solus bonus, iustus & uerax. Latina exemplaria habent fructus enim lucis &c. & hæc etio, superioribus magis quadraret, quantum ad uerba attinet. Verū dū in sensu nulla sit uariatio, secutus sum exemplaria Græca. Cæterum de fructibus spiritus fuisus Gal. 5.

### Et ne communicetis in frugiferis operibus tenebrarum.

Obserua uero quam diligentissime, hoc Apostolihortamentum, ne commune inquit habeatis aliquid, cum insfrugiferis operibus tenebrarum, ne scilicet nominetur inter uos, id est, sit, scortatio, immunditia & auaritia, non dicit cum hominibus, operibus tenebrarum occupatis, unde et subiicit, magis uero illa arguite, non illos damnate & abijcite. Opera autem tenebrarum, opera carnis sunt, qualia Gal. 5. enumerantur, ea non solum insfrugifera, sed & noxia sunt, mortem enim metet, qui his fecerii fermentem, Roma. 5. Cum igitur nos lux quædam sumus cum puri istorum operum esse debemus, tum ea arguere, & reprehensa uelut indicare, manifestaque facere. Scripsit enim Paulus, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε. Ut enim ma- Cur peccata sunt, quæ filii tenebrarū patrant, ita & à luce ea subdu ta arguerunt, ne iudicentur. Cum autem ea in occulto tegunt, da-

absq;

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

absq; pudore sunt, & admittunt quæ etiam foedum est di-  
cere. Debent igitur à nobis, qui lux sumus, illorum opera  
argui & in lucem proferri, ut eorum foeditas appareat,  
& committentes ea, pudore suffundantur, atq; eb eis resi-  
liant. Nam quæ arguuntur, ceu à lumine manifestantur,  
& quæ manifestata sunt, lumen sunt, hoc est, iam habet  
aliquid luminis, sic peccata arguta & prodita, pudorem  
incutient, si modo sanabilis mens est, & ad resipiscen-  
tiam prouocant. Haclenus tenebris peccatorum, lux in-  
fertur, dum arguuntur.

Adducit oraculum, sed cūius authorem nemo ueterum  
etiam potuit nominare. Expergiscere qui dormis, & sur-  
ge à mortuis; & illuminabit te Christus. Dum enim quis  
sibi in peccatis placet, uelut indormit, imò dum recti sena-  
su caret, mortuus est, huic ergo dicitur, expergiscere, sur-  
ge à mortuis. Si namq; eò adduci quis poñit, ut sentiat,  
quām foeda & inuisa Deo res, peccatum sit, corde com-  
punctus, uelut à somno & morte exercegit & surgit,  
qui ante a totus, malis sese oblectas, absq; sensu motuq; pie-  
tatis, & ueræ uite, erat. Peccatorum enim rite admoni-  
tus, sibi ipsi incipit displicere, & querere, quemadmo-  
dum illi Hierosolymis, quorum Petrus oratione peccate-  
ria fecerat, quid facere debeat, ut illis liberetur. Tum  
pauper spiritu est, & ē grege peccatorum, quorum sal-  
uandorum caussa, aduenit Christus. Commodum itaq; hic  
dicitur: Et illuminabit te Christus. Nam dum sibi in pecca-  
tis homo placet, ut dormienti imò mortuo similis est,

Experi-  
scere qui  
dormis.

absq;

absque omni sensu & motu, ita C H R I S T Iluc  
cum percipere nequit.

Discamus ergo hinc, malos monendos esse, non abiici  
endos, quia opera eorum arguere, iubemur, non ipsos exe  
crari. Obseruemus & monitionis fructum, qui est, illumina  
tio eorū, qui sibi ipsis relicti, in tenebris nō tam dormi  
unt, quām mortui sunt, dum quantis in malis pereant, non  
sentiunt, arguti autem, obiecta illis uitæ eorum prauitate,  
ad poenitentiam excitantur. Nihil hic de separatione,  
quam tantopere urgent. Catabaptistæ, ut nec alibi scri  
pturarum.

**Videte igitur quomodo circumspes  
etē conuersemī.**

Sectiun. 7.

Cum nostrū sit, carni nihil indulgere, sed et opera eius,  
ut eorum pudeat & poeniteat, arguere, & spiritus atque  
lucis opera ubique exhibere, nos autem adhuc in carne ui  
uamus, in qua nihil boni est, commodum sanè subiicit Paul  
lus, monens, ut circumspete conuersemur, id quod Domi  
nus in Euangeliō, & item Paulus alibi, uigilare uocat.  
Dies sæculi huius mali sunt, peccandi occasionem ubique Dies mali.  
obijcientes, & est beneficiendi occasio, ut res preciosa,  
uelut emenda, hoc est, omnistudio, & posthabitatis rebus  
alijs omnibus, querenda. Quapropter non uulgaricir= Redimēda  
cumspetione, sapientia & prudentia opus est, ut in omni occasio  
bus rebus, quæ sit Dei uoluntas, cui nos consecrauimus,  
quæq; sola bona est, possumus animaduertere. Nota autē  
hanc

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Quae ueritas sapientiam esse & prudentiam, intelligere, quæ sit in rebus singulis uoluntas Dei, quid ipsi præbetur. Obserua quoque dies malos esse, & tot habere ad uitia incitamenta, ut oportunitatem benc agendi, non possis nisi studiosissime quaesieris, & præ ea, omnia que exceptum caro, posthabueris, assequi.

Ethaud scio, an Paulus cum scribit redimendam occasionem, uel tempus oportunum, significare uoluerit, corrupta natura nostra, semel perditam illam esse, & non nisi omnium quæ natura cupit, uelut auctionem feceris redimi posse. Hoc est, nisi prorsus tuis affectibus ualedixeris,

et te totum, ad uiuendum uoluntati Dei addixeris, non  
quæram rata posse in diebus hisce tam malis bene uiuere. Etenim ut  
ra occasio cum unico duntaxat amiculo ita uiuas, ut Deo probetur,  
bene agen ut scilicet in omnibus, illum ad pietatem instaures, neq; ni  
di.

mia conuētia et facilitate finas affectib. suis indulgere, et  
sibi in malo placere, neq; rursus nimia seueritate frangas,  
ea prudentia & circumspectione opus est, ut rarissimum  
sit, qui non aliquando offendat, quantam ergo putas re  
quiri, ut quis citra offendiculum, & semper cum ædifica  
tione pietatis uiuat cū uniuersis mortalibus, tā malis, quā  
bonis, quib. nos dominus ī uita hac iunxit? Vere dies ma  
li sunt, & homines nihil meliores, pessima autē caro no  
stra, neq; dormit, malorum inventor Satanas, rarissima  
autem & preciosissima est bene agendi opportunitas, per  
pauci qui eam redimant, & in tempore, ante quam pre  
teruoleat, arripiant. Vigilemus igitur et attendamus nolis  
ipsis

ipsis, uiuat in nobis uerbi D E I meditatio, ut uel ex parte, nomini & uocationi nostræ respondeamus, electi & uocati, ut filij Dei simus.

Et ne inebriemini uino, quod uitam reddit intemperantiorum.

Sect. 3.

Ad idem & hæc monitio facit. Si namq; ad Dei uolum= tatem nobis uiuendum, neq; id possumus, nisi quam circū spectiss. uixerimus, occasione bene agendi nunquam non incumbentes, certe corda nequaquam grauanda sunt cra pula & ebrietate, ut & Christus monuit, uiniq; largior usus, qui plane intemperantem uitā reddit, et bene agendi occasionis incuria sū prorsus abesse debet. Tū opus fuerit, ut uerbi Dei admonitio adsit frequentissima. Hortatur igitur Apostolus, ne uino inebriemur, sed magis repleamur spiritu, hoc est, seruore quodā animi Dei studiosi, ut sicut ebrij uino, fabulis & cantionibus nugationibus oblectan tur, nos sermones seramus, de pietate, decantantes Domi no, non tam uoce, quam corde, Psalmos & alios hymnos, Deilaudes continentes, alijsq; de rebus ad pietatem faci= entibus, sanctis, & spirituales cantilenas, gratias agen= tes pro omnibus, per dominū nostrū Iesum Christū, per quem mediatorē, bona uniuersa percipimus, deo et patri nostro, honorū omnīū authori. Siquidem solet in Psalmis, & alijs sanctis cantionibus, præcipuum id esse, quod dei be neficia recensentur, et pro eis celebrādo ut ipsius bonita te, gratiae aguntur. Inde est quod ait gratias agentes &c.

Fugienda  
ebrietas  
excitadus  
seruor spi  
ritus ser  
monib. &  
cantionib.  
pijs.

Discanius

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Aptus uo=  
cū concen-  
tus res di-  
uina, quæ  
pietati in  
primis de-  
bebatur esse  
sacra.

Discamus ergo & hinc, quām prospic de diuinis rebus  
ſepe et multum loqui. Notandum etiam cantandi morem,  
ſanctis noui quoq; testamenti, eſſe ueruſum. Diuina ſanc-  
res cum ſit, concinna modulatio, & admuendum ani-  
mum, diuinisq; rebus apparandum, potentissima, quod  
uel in Cithara Dauidis erga Schaulem, & ea, qua Eli-  
ſchah ante ſe, prophetaturus ſonari faciebat, declaratum  
eſt, debebat uel p̄cipue ea pietati inſeruire. Nihil igitur  
ad sanctos, quod impij hac, ut & alijs p̄claris D E I  
creaturis abutuntur. Non tantum igitur ſuis uocibus, ſed  
adhibitis quoq; instrumentis, quæ muſica uocant, laudem  
Dei, & pietatis hortamenta, canent, gratisq; modulatio-  
nibus animis inſtillabunt. Totis enim uiribus, & ſumma  
cum alacritate, dei beneficia p̄dicanda ſunt, laudibusq;  
uochenda, et modis omnibus, omniū pectoribus infigenda.

Hactenus de officijs Christianorum in genere monuit,  
hortatus ad ſinceram dilectionem proximorum, & uitæ  
propriæ modetiam, quibus nimirum conſtat, ſolda tum  
iustitia, tum ſaicitas. Deinde monet de officijs peculiari  
bus quibusdam, nempe uxorum, maritorum, filiorum,  
parentum, ſeuorum & herorum, p̄mittens uno uero-  
bo, unde omnium ratio pendet.

Subiecti in uicem eſtote, in  
timore Dei.

Sect. 9.  
Etenim ſi perſuafum omnibus eſſet, tum nos Deo p̄ſ-  
batam uitam uiuere, cum nequaquam nobis, ſed proximis  
uiuimus,

uiuimus, & subiecti illis ad procuranda ipsorum commoda sumus, idq; serio & diligenter, ut quod non dubitcmus Subdit it  
 Deum exigere, quilibet profecto, quocunq; munere fun= uicent  
 geretur, officium suum haudquaquam negligeret, impel= lente exactore plane seuero, timore Dei. Quis enim agno  
scens & timens Deum, cessaret, si cogitaret illum operas  
suis postulare, omnibusq; actibus semper præsentem ad=  
esse? Inter Christianos ergo nemo dominatur, sed seruit  
unt omnes, nemo enim sua querit, & commodis aliorum  
quisq; inuigilat, omnium uero maxime ille, qui pluribus  
præest, siue in officio Episcopi, siue magistratus. Quan=  
to namq; plures siue habet curie commissos, tanto plurib.  
seruit dominis, ac ita quanto officij dignitate maior exi=  
stit, tanto inferuendi sedulitate minorem scese exhibet.  
Minor enim est, qui ministrat, eo cui ministratur. Quia  
autem, apud Deum magnum esse, est alijs bonum & fru  
gi esse, is uero maximus habetur, qui pluribus maiore uti=  
litatem attulerit, atq; ita omnium fuerit minimus. Sic Chri  
stiani omnes subditi sunt, dum quisq; alteri seruit, et unius  
eorum dominus est Christus. Id quatenuerit, officio suo  
haudquaquam deerit, quacunq; in uocatione existat. Hoc  
ergo quod caput officiorum est, non ab re præmisit.

Sequitur de officio uxorum. Matrimonium enim pri= mus ordo & iuxta genus est, unde reliqua promanant, quo recte instituto, cæteris facile consultur. Vxores, inquit, proprijs uiris subiectæ sint, addit uero ut Domino, id est, ex animo, ut uoluntati mariti pro uiribus se studeat attem= De officio uxorum  
 perare,

perare, nihil dubitantes, Domino sese subiucere, atq; morigeras præbere, dum ita sese subiiciunt & morigeras præstant imperio maritorum. Hæc sane subiectio, in qua obtinuerit, illa nihil præterea officiorum probæ uxoris omittet, educabit sedulo liberos, administrabit prudenter domum, benigna in omnes erit, & intrepida, bene de Deo fidens, in omnibus, atque alacris aget. Nam abnegaentes semetipsas & ad Domini uoluntatem marius sese, ex animo subdentes, spiritus bonus D E I, nihil non docebit, quod piuum & honestum fuerit, & in omnibus quam felicissime diriget. Cæterum i. Timoth. 5. & ad Tit. 2 de officio uxorum plura.

Vt uero huc uxores Christianas per moueat, nullo alio uititur argumento, quam exemplo Ecclesie. Hæc enim Christum caput suum agnoscit, eis totam subdit, idq; ex animo, sciens ipsum sui saluatorem. Sic debet uxor sese habere, erga maritum suum, quod cum D E V Sit a stabent subdit, non poterit sane uxor salutem consequi, nisi sese tuerit, non poterit sane uxor salutem consequi, nisi sese marito subditam exhibeat. Neque enim fert D E V S semulierat uiolari, que instituit in rebus a se conditis ordinem. Hic autem ordo est, ut uir sit caput mulieris, sicut C H R I S T U Y S uiri i. Corinth. 11. Neq; id aduersatur ei quod alibi Paulus ait, non esse, neque marem, neque foeminam in C H R I S T O. Quantum enim ad pictatem, et salutem per Christum partam attinet, omnia a D E I electione pendent, eligit autem Deus ad uitam æque mulieres, atq; uiros. At quantum ad externam uitam attinet,

mulier-

Vt Ecclesia Christi  
semulierat uiolari,  
que instituit in rebus a se conditis ordinem.

mulier nequaquam pari cum viro loco habetur, sed subiecta ei esse debet, sicut Christo Ecclesia, idq; si pia est, & quissimo animo faceret, certa hanc subjectionem, nibil de salute sua immunuere, sed salutem promouere, cum ita Dominus stauerit. Hic autem ordo in creatione institutus est, & post lapsum, oraculo Domini confirmatus.

Viri diligite uxores vestras quemadmodum Christus dilexit Ecclesiam.

Viris dilectionem uxorum iniungit, & Christi exemplum emulandum proponit. Dilectione siquidem persuasa, ut caput quisq; se suae uxori exhibebit, ut Christus Ecclesiae caput existit, nimurum ut summo studio, quæ salvaberrima uxori fuerint, in primis curaturus sit. Non potest cogitari dilectio maior, quam qua Christus dilexit Ecclesiam, pro qua sanctificanda, mortem oppetiit, non potuit igitur absolucionis quoq; dilectionis exemplu pponi aut apud credentes efficacius. Eius uero quod ait, ut sanctificaret eam, purgatam lauacro aquæ, per uerbum, germanus sensus hic est. Ut Ecclesiam, loquitur autem de Ecclesia, per Euangelion collecta, sanctificaret, hoc est, spiritu suo ad diuina quæq; ageret, liberatū à tyrannide peccati, lauacro (de qua sanctificatione multis in superioribus, præcipue aquæ. autem capite primo, Sectiuncula quarta disserui) purgatam lauacro aquæ per uerbum, id est, purgaricet ptam, dum lauacro aquæ per uerbum, ipsi CHRISTO N uelut

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

uelut consecrata fuit. Quando enim uerbo Dei fidem habent electi, et baptismo, Christo consecrantur, purgationem percipiunt, quia inde peccatum mortificare, et **D E I** studium accendere, inhabitans in ipsis Christi spiritus incipit.

Norunt hoc siquidem uniuersi θεοδίδακτοι, quod **P**etrus dissentis uerbis affirmat, depositionem sordidum corporis, externam scilicet lotionem, salutem nequam adferre. Perpendendum igitur probe quid Paulus lauacro aquae tribuat. Sic enim scripsit, καθαγισας τῷ λατρῷ ποὺν ὑδάτος ἐπεγκυατι, id est, ad uerbum, cum mundauerit, lauacro aquae in uerbo. Vnde Christus mundator est, non qui baptizat, et mundat in uerbo, utiq; non nisi credito, additur lauacro aquae, quia illo credentes Christo externe consecratur, et colliguntur, et in uerba eius iurant. Cæterum extra dubium est, **C H R I S T** baptismum, constare spiritu, id est, noua, et secundum deum formata mente, que cotidie carnem cum uitij, et concupiscentijs crucifigit, et ad uoluntatem Dei omnia instituit, per illam igitur et sanctificatio perficitur, et nequaquam lauacro aquae. Externa enim res est et impijs quoq; communis, et si eo in externam ecclesiam sancti coagmententur. Quod igitur Paulus scribit, ut sanctificaret eam, mundatam lauacro aquae, perinde est, ac si dixisset, ut sanctificaret, suo nomini publicitus iam lauacro aquae dedicatam, postquam uerbo suo creditit.

Haud dissimilis locus est cap. 3. in Epistola ad Tithum. Secundum misericordiam suam, inquit, saluos nos feci: p

lauacrum regenerationis, ac renouationis spiritus sancti.  
Hic quis non uideat sensum esse, Saluos nos fecit, per rege-  
nrationem et renouationem, quam in nobis spiritus eius  
cōtinuo operatur, lauacro quod hanc regenerationem et  
renouationem significat, in Ecclesiam eius cooptatos? Cer-  
te ex lauacro nemo regenitus est, id est, nouā et Dei studio  
sam mentē nactus. Externū illud symbolum est, quo in  
externā item Ecclesiam recipimur. Id si citra hypocrisie  
fiat, uere lauacrū regenerationis dicetur, quia eo uere in  
Ecclesiam regenerandorum recipimur.

Sūt quia tam si Christū unū esse saluatorē prædicent,  
 baptismo ei prædicato uerbo uim cā tribuāt, ut baptizatō  
 ilico fides et spiritus sanctus adueniāt. Hi ne quicquā hos  
 duos Paulili locos iactant, ut quib· dogma eorū nitatur, cui  
 haud plus firmamenta præbent, quām papistis, qui et ipsi  
 sacramenta, instrumētales, ut loquuntur, causas gratiae fa-  
 cīunt. Hos autem nostros uelim perpendere, plantantem  
 et rigantē nihil esse, neq; salutē constare ex oīib· nostris·  
 iam cathechizans, et baptizans, nihilo plus sunt, quām  
 plantans, ergo nihil, qui igitur ipsi spiritum sanctum et  
 fidem simul cum aqua et uerbis infundent? Donum Dei  
est fides et spiritus, largitur hæc, cum ipsi uisum fuerit,  
non ad nostra uerba. Certe quos Apostoli baptizarunt  
iam credētes, iij utiq; spiritu sancto antea ob signati fuere,  
et fidem habuerunt, quid illis igitur attulit baptismus,  
aut baptizantis uerbum? Sic nostros infantes si diuinitus  
electi fuerint ante iacta mundi fundamenta, cum Domi-

Cōtra eos  
 qui baptis-  
 mo, conten-  
 dunt fidem  
 donari.

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

non sicut sum fuerit, spiritu & fide donabit, nos abluentis eos aqua, haudquam fide donabimus, aut Dei spiritu, ut quidam magni, nescio an magis temere, quam irreligiose affirmant. Rectius dicent cum diuinitus olim præceptum fuerit, à puerō Ecclesiā Dei coagmentare, nos ex Christi libertate idem facimus, id spectantes, ut eo studiosius ad religionem nostram liberi edacentur. Spiritum autem Dei illis à Domino petimus, non præsumimus aqua infundere. Fixerunt sibi isti dogma, Deum statuisse hunc ordinem, ut internam fidem & spiritum nemini donet, nisi præmissis externis, uerbo & sacramentis. Ut autem hoc dogma cum scriptura & analogia fidei pugnat, ita & falsa esse oportet figura, quæ isti ceu fundamento inaeificantur.

Anabaptisti ordinem urgent quem obseruatū ferē a Apostolis legunt, qui post receptū Euangeliū baptismum contulerint, sed & præceptum cum à Christo contendū, uerū frustra. Quod enim Dominus dixit: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos &c. magis ad eos do cuit gentes, & que ac Iudeos in Ecclesiā recipiēdos, quod baptismū sicebat, quam quod de ordine baptismi aliquid statuerit, à seruitute enī ceremoniarū nos liberavit, ideo nouis adstringere nō potuit. Ut igitur infantes sibi apportari iussit, ita Ecclesiæ ipsius eos cooptamus, sequentes ueterum exemplum, certi quod Deus populo suo ut ritum salutarem semel præcepit, id nunquam posse esse impium, præcepit autem circuncisione natos populis sui, infantes ad-

tes adhuc insigniri, & sibi quodammodo cōsecurari, id ergo cum ultro nos facimus et baptismō, qui circuncisioni succēdit, haudquaquam ipsi displicebimus, præsertim cū id solum speciemus, ut à cunabulis liberi nostri, ad ipsius cultum edacentur, nequaquam aliquid salutis per aquam infundere ipsi conantes.

Qui non ignorauerint nunc horam esse, ut in spiritu & ueritate, non externis ceremonijs, Deum patrem colamus, & dilectioni, externa omnia libere permissa, nobis baptismi infantium caussa, haud quaquam iniquior erit, Certe eos qui tantopere illum execrantur, uidemus parū Christi intelligere, sed meditari nouum quendam monachismum, qui sua professione, legibus & cobertione constet, in quo tamen, ut multa splendide simulcentur, sola dilectio nullum locum habeat, supercilium autem pharisaicum & superbū aliorū fastidium regnet. Id Deus cottidie manifestum facit, dum hoc hominū genus, in multiplices, eosq; grauiissimos errores incidere sinit, in omnibus autē aduersus dilectionis iura agere, & faciet adhuc manifestius. Oportet enim Christum, non homines regnare.

**S**ed renertamur ad Paulum nostrum. Is Christi erga Ecclesiam dilectionem uolens attollere, memorat illum semetipsum pro ea tradidisse, ut sanctificaret, purgatam lauacro aquæ per uerbum, hoc est, lauacro aquæ & puerū sibi collectam, ut suo spiritu eam indicet purgaret, donec sibi eam, deinde & patri exhibeat gloriosam, hoc

Contra  
Anaba-  
ptistas.

est, puram omni peccato, & omni genere uitutum exor-  
natam, id Paulus uocat, sine macula & ruga. Etenim pur-  
gatio nostri, per omnem hanc uitam durat, quia tam diu  
pugna spiritus contra carnem, & carnis cum uitis &  
concupiscentijs crucifixio, durat. Hanc itaq; Christi erga  
Ecclesiā suā, dilectionē imitari mariti debet, id satagētes;  
ut uxores meliores reddant, nō carnali ardore depereat,  
et uanitatē ornēt. Addit ei hoc argumenti, uxores esse, ma-  
ritoru corpora, cū igitur natura suā carnē nemo odio ha-  
beat, sed nutrit magis & foueat, par est, ut & uiri ita  
habeant uxores suas, quas cum dilexerint, & benigna ha-  
berint, se ipsos diligent, & benigne habebunt.

## Quoniam membra sumus cor- poris eius.

Sect. ii.

Agnouerat Paulus mysteriū hoc, & ut ineffabilis Dei  
ergo nos dilectionis argumentum, nunquam satis admi-  
randum, in animo illi semper obuersabatur, quod æter-  
num uerbū patris, nos Adam filios, modis omnibus per-  
duos, p̄æ angelis assump̄it, ut sibi similes, id est, deos pla-  
ne redderet, hanc ergo Dei erga nos stupendam dignatio-  
nem, nunquā satis potuit prædicare, qualibet occasione,  
gio inter etiam aliud agens, in huius præconium dilabebatur. Quid  
Christum enim maius nobis Deus facere potuisset, quā quod filium  
& Eccle- suum unigenitum pro nobis, non tantum hominem nasci,  
siā. sed & mori uoluit, & inde omnes nos sibi credentes in di-  
uinitatis consortium euehere? Hinc igitur est, quod hic de  
officio

officio coniugum differens in prædicationem huius myste-  
rij inciderit, memoretq; nos carnem esse de carne Christi,  
et os de ossibus eius, et in nobis uere demū impleri, quod  
de coniugum inter se affectu, dictam est, propter hoc re-  
linquet homo patrem et matrem et c. Hoc arcanum  
magnum esse inquit, sed quo ad Christum et Ecclesiam.  
Vere non magnum tantū sed multo maximū est, nos Chri-  
sto ita, ut uxor uiro, et iunctos esse et amari. Hinc enī futu-  
rum est, ut felicitatis et glorie eius participes reddamur.

Hinc autem discendum, quomodo de Christo et Eccle-  
sia scripturas intelligamus, cuius obiter et supra capite Canon cb  
4. Sect. 3. memini. Quo enī Deus non tā uerbis, quā rebus scrundus  
etiam nos doceret, omniū ferē in Christo mysteriorum, ty interpretā-  
pos aliquos præmisit, in quibus Christi gratiam haud cb= di scrip-  
tū deliniauit, ut q; id intelligeretur, oraculis suis augu-  
stius ferē de typis illis, quām illi apparuerint, locutus est,  
ut ita pia mens, ad remotiora et diuiniora cogitanda pro-  
uocaretur, impuri autē à sacris arcerentur. Ut enim Chri-  
sti arcanum nouisse, uitam aeternam ad fert, imō est uit-  
aeterna, ita solistimentibus Dcū reuelatur, ij moniti spi-  
ritu, illud et in typis, et uerbis, quibus illi, supra quam  
in ijs apparuit, celebrantur, facile agnoscunt. Cū interim,  
impij, qui ad hæc mysteria nequaquā admittendi sunt, sens-  
per habent, quod obijcant, ne ueritati subscribere  
cogantur. Vnde mirum non est, quod Christi regnum,  
ceruicosis Iudeis nemo queat, ex Prophetis et Moschēh  
approbare. A Deo hæc discere oportet, humana disputa-

\* IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

tio nihil efficiet, quia animalis homo nihil horum potest percipere, hominis autem non est, ex animali spiritualiter reddere.

Vt uero, licet modo non uacet de re hac latius differere, uel unum exemplum, quo et praeſens locus clarior reddatur, adducam. In confesso est, promissionem Dei, factam ad Dauid, que legitur secundo Schmuel. 7. et 1. Chronico. 17. (nam omnino eadem, promissio est) item Psalm. 87. et 132. de Christo fuisse, iam si uerba perpendas, nequaquam inficiari poteris et Scholomoh eam quadrare, quid igitur facies, concedes tam insignem prophetiam Iudeis? Absit. Proinde excute uerba diligenter, et uidebis omnino et de Scholomoh promissionem eam factam, quod uel illa uerba probant. Quis si inique aliquid gesserit et c. Rursus uidebis, que quamlibet magnam Scholomoh felicitatem superrent. Ut hoc, Stabilitam thronum regni eius usque in semperternum, ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium. Hec ne quis ad Scholomoh torqueret, prudentia dei factum est, ut ille foede ante finem uitae suae laberetur, et tandem thronus eius, in totum dei ceretur, ut nihil simile huic promissio nisi populus eius haberet, uti hodie factum uideremus. Alius igitur Scholomoh caelestis, in hoc filio Dauidis discendens est, cuius hic typus fuit, is Christus est, in hunc, que uere magnifica sunt, quadrant, et per cum, que uere felicia, perficiuntur. Ad cundem modum, et de alijs iaticinijs Christi si facias, et certiora disces, et neminem offendes, tanquam uim inferens scripturis.

Sic profecto in praeſentiloco fecisse Paulum uides. Legimus etc.

Prophetia  
de Christo  
explicata.

mis etenim Adam, adducta sibi uxore ex se condita, dixis  
se: Hoc tandem os de ossibus meis, & caro de carne mea.  
&c. præterea relinquet quisq; patrem suum, & matrem  
suam, & conglutinabitur uxori suæ, eruntq; duo in unam  
carnem, hoc est, ut uiuant unum hominem. Quis iam ne=  
get hec, de affectu uiri erga uxorem esse dicta, qui scilicet  
parentum affectu ardenter est? Neq; enim parentes pro  
pter uxore negligendi sunt, sed coniuges iam inter se con=  
glutinandi, qui scorsim ante adhærebāt parentibus. Qui  
fit igitur ut ea de Christo et Ecclesia Paul. interpretetur?  
Quia coniugium typus est, coniunctionis inter Christum  
& Ecclesiam, & affectus uiri erga uxorem, dilectionem  
Christi erga Ecclesiā figurat. Deinde et uerba de augusti  
ore coniunctione & amore loquuntur, quā inter uirū et uxo  
rem appareat, inter quos enī coniuges tanta animorū con=  
iunctio, ut sint in carnē unā, et unū prorsus hominē uiuāt?

Perfectius igitur hic coniugium, quam inter mortales  
agitur, & typo & uerbo designatum est, id Paulus in=  
tellexit, eoq; dixit: Hoc arcanum magnum est &c. Non  
negat locum hunc de coniugio loqui, alioqui uim scriptu=  
ra fäceret, unde illico subiungit, ueruntamen & uos si=  
gillatim quisq; uxorem diligat, perinde atque se ipsum,  
& uxori uirum reucreatur, memor scilicet se conditam  
in adiutorium uiro, & potestati eius subiectam esse, sed  
uere demum impletum eum inter Ecclesiam & Christū  
affirmat. Pius lector, hac ratione & alia scripture loca  
tentet enarrare, & uidebit omnia & planiora, & cer=  
tiora sibi fore.

Equidem

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Quomo=  
do Chri=  
stus de se  
scripta in  
terpreta=  
tus sit.

Equidem non dubitarim, haud alia ratione Christum discipulis euntibus Emauntem, de se scripta, exorsum à Moscheh, & omnibus Prophetis, fuisse interpretatum, nec alia ratione & ipsis dedisse, scripturas intelligere, cū paulo post aperiret eis mentem, ut scripturas intelligerent. Alioqui ubi in Moscheh huiusmodi aliquid legitur? Oportebit Christum Dei unigenitum hominem nasci, & mori, tum tertio die resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius poenitentiam, ac remissionem peccatorum in omnes gentes. At ibidem apud Lucam dixit Christus, sic scriptum esse. Ergo non sine uelamine typorum, ut dixi. Indubie & factum Ionah, unus ex his locus fuerit. At ubi in toto Ionah scribitur, Christus filius Dei morietur, & in tertium usq; diem claudetur sepulchro, postea resurget? Nihilominus id ex eo Christus ipse colligit. Nihilo planius uaticinium de salute per crucem Christi parandam, & serpentis in deserto suspensio, extitit.

Sed longius quam institueram euchar, alio enim loco haec fusiis & confirmatis tractabuntur. Ad nostrum institutum. Paulus quavis occasione prædicat, mysterium incarnationis Christi, quia in eo tota spes nostra sita est. Factus enim maritus noster Christus, nos carnem suam haudquam poterit deserere, sed tādem sanctificatos beabit. Id probe expendamus, & fidem, omnemq; in nobis pietatem augabit. Nihil etiam efficacius maritis, ad accendendam eorum erga uxores dilectionem, proponi potuit, di-

tuit. Discamus ergo & hinc, quomodo exhortationes, sint instituendae.

## C A P V T V I.

# Filij morigeri estote paren tibus uestris.

Sect. II.

**M**inoribus ætate, ut minus sapiunt, ita nihil salubri  
us præcipi potest, quam ut prudentioribus dicto  
audiant. Hinc in patria potestate esse liberos, non  
diuina tantum, sed & naturæ lex dicit. Impie igitur  
docuerunt, qui liberis & amplecti monachismum, & ini-  
re connubium, sine consensu parentum licere affirma-  
runt, tentataq; hæc, rata habenda definierunt. Paulus igi-  
tur audiendus liberis Christianis, qui iubet obedire eos pa-  
rentib. in Domino, quod intelligo, quemadmodū et uerti,  
sicut dignū Domino est, hoc est, ut ex animo et in omnib.  
uoluntati parentum sese attemperent. Id inquit iustum  
est, diuinitus enim sic institutū est, ut quisq; quos genuit,  
ad frugi uitam quoq; instituat, ij ergo ut morigeri sint  
oportet, & magni illos habeant, id est, honorent.

Adducit & Dei præceptum, monens primum esse,  
quod adiunctam promissionem habeat, nempe hanc, ut be-  
ne tibi sit &c. Rudiores animi quales in ætate minori= Bonis be-  
ribus esse solent, sic uoluit Deus allicere, quanquam & ne omnia  
id sua prouidentia comparatum sit, ut qui & equitati stu- cueniupt.  
dent, or=

dent, ordiniq; quem ille in rebus instituit, sc̄e attemp̄eant, cōmodam fere hic uitam eius benc̄uelentia agant. Quod enī sursum & deorsum iactat, ex charis suis quosdam, & fecit omnium pr̄stantissimos, facit, ut mundi uanitatem melius nobis persuadeat, & ad deserendah̄ec cāduca animet, cāterum uulgas suum ita dicit, ut licet mundi bonis ad delitias non abundant, commodissime tamen fere uitam suam transfigant.

**hic agunt** Nos tamen Christiani, in quos fines saeculorum deinceps infelicius, nerunt, quia amplior nobis contigit, quam ueteribus, bouit mundo nitatis Dei in donis spiritualibus perfructio, ut omnis uita de futura nostra, spiritualia corporalibus pr̄stantiora esse, & felicitate futura presentibus testetur, temporalia rarius secunda testentur. habemus, quantum ad spiritum autem agentes tanto felicius. Sic Paulo iſu uenit, nemini fere plura mala inciderant corporalia, sed nemo etiā, in spiritualibus bonis beatior fuit. Vt cunq; aut de externo uita successus sit, electis semper succedit, quia in omnibus bonitatē Dei erga se sentiūt.

Vitae autem longeuitas pr̄cipuis sanctis fere omnibus contingit, etiam Paulo, quo nemo uitæ pericula plura Successus adiit, ad bonam senectutem peruenire datum fuit. Qui rerū magis enim frugis sunt, decet ut diu sint. Christus tamen ipse, & gis pietatē ex pr̄cipuis sanctis aliqui, qualis & Iacobus fuit, & quā impie Stephanus, in ipso ætatis flore hinc rapti sunt, ut discere tate argimus, nos uitam expectare meliorem. At nihilominus tamen, sed neu men ut uita ipsa, ita & eius diuinitas, donum Dei est, trā certo. quemadmodum & rerum extinarum successus, Deis enim

enim ista suis promisit. Igitur & oranda sunt, modo ad iudas, at non mea, sed tua uoluntas fiat, cumq; ea acceperis, bona Dei dona debes agnoscere. Insanum igitur est, quod à rerum successu Anabaptistæ, euincere uoluntate pietatem, ut ij Christi non sint, qui aliqua uitæ commodeitate fruantur. Persecutio quidem nunquam defutura est, ucre Christum colentibus, sed solet etiam suos ille à persecutoribus, aliquandiu tueri, ne libidini ipsorum permittantur, & decet sane ut oues Dei, pascuis Dei, etiam corporalibus, aliquando cum pace utantur. Certe si promissa Dei spectas. Moschæ 25. & s. cap. 28. ac alibi, exterius rerum successus, magis pietatem, quam impietatem arguet, licet neutram certo.

## Patres ne prouocetis ad iram filios. Sect. 2.

Christianus populus spontaneus est, eoq; omnis doctrina & admonitio ita attemperanda est, ut ducat, non trahat, leniter moneat, non uiuadim impellat. Monet igitur Apostolus parentes, ne ad iram liberos suos prouocent, hoc est, animos eorum exacerbent. Nam ut in tempesta uulneritate, ad officia utcunq; coegerint, bonos tamen, & qui ultro officium faciant, nequaquam reddent. Educados officium ergo iubet, institutione & correptione Domini, quæ est, parentum. ut timore Domini ante omnia imbuanur, atq; inde morigerius affectib. doceatur, ut suspectū scmp habeat, quicquid ipsorum animo arriscrit, eoq; libenter moneri & corrige se sustineat. Neq; enī ad uitā deo dignā pueniri potest, nisi de-

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

nisi depositione eius, ad quam nati sumus. In hanc sententiam proverbia Schlomoh multa docent. Caput ergo omnium est, ut Deum doceatur iuuentus ex animo reuere ri, & ubiq; præsentem credere, deinde agnoscere, suos omnes affectus ad iniquitatem ferri, neq; boni aliquid rationem nostram posse prescribere, ut legi Dei diligenter intendant, & moneri, castigariq; secum ab omnibus, tū maxime à natu grandioribus, & doctrina atq; pietate præstantioribus, libenter ferant.

Sect. 3.

## Serui auscultate dominis carna libus, cum timore &c.

Scruorum conditio durior est, quia naturæ nostræ, semper non ad libertatem tantum, sed & principatum spectanti ex diametro aduersa, quare in ea difficilius est officium seruare. Et uidebatur etiam uulgo, quando Christianismus summam inter Christianos dilectionem, rerumq; communionem exigit, indignum, ut quis homini Pugnare scruiret, præsertim Christiano, cui frater esset. Videtur cū liberta etiam quod & Pauli tempestate non defuerint, quales & te seruorū olim apud Iudeos zelotæ erant, & nuper inter agricolas Dei, homines seditiones, apud nos Germanos, pseudoeuangelistæ, nū seruitu qui docuerint, dedecere ut qui Dei serui essent, hominem: nō nobis cogerentur obnoxij esse. Nuper illi nostros addiderunt, causam redemptionis Christi, quasi illa carnis libertatem peperisset. Pluribus igitur Paulus seruos ad officium

officium suum, cum hic, tum ad Colos. & Timotheum,  
quod idem & Petrus fecit, hortatur.

Etenim ut res humanæ habent, à natura indicta uide-  
tur quorundam seruitus, quod sint quidam ijs ingenijs  
prædicti, ut nisi seruiant, nihil bonæ frugis humano generi  
adferant. Vnde apud omnes gentes obtinuit ut seruiant A natura  
seruitutem aliqui, quod & Deus in lege sua approbavit, indicta  
licet iubeat suos esse in seruos mitiores, quam sint alij, & quorundam  
domesticorū fidei rationem habere. Hortum enim ser= seruitus.  
uitus septemnō finiebatur 2. Moscheh 21. Apud gentes  
uero alias dominis potestas in seruos fuit, uitæ necisq; &  
quodcunq; per seruum acquirebatur, id Domino acquire  
batur. Sed hæc potestas postea per Cæsares non nihil tem  
perata est. Autore Gaio, lib. primo pene dætarū uiris ciui  
lis, titulo de his qui sunt sui uel alieni iuris.

Porro siue quis Christianum, siue ethnicum herum  
scruius natus sit, cum hec conditio pietati non repugnet, Quomodo  
conditioni inseruendum est. Hortatur ergo Paulus, ut do scruiet  
qui serui uocati sint, dominis suis carnalibus, hoc est, ex= dum.  
ternis, alias enim unus Dominus Christus est, sed spiritua  
lis, obtemperent, idq; cum timore & tremore, id est, sum  
ma circumspectione & diligentia, simplicitateq; cordis,  
ne quid aliud scilicet spectent, quam syncero & uigilanti  
animo, gratam heris seruitutem seruire. Quo uero huic  
prouocet, addit, tanquam Christo. Quis enim tanto Do=

mino non ea diligentia inseruiat, ut continuo in timore et  
tremore uersetur, scilicet circumspectiens & cœdens, ne  
O quid,

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

quid, quod ministerij sui sit, omittat? Iam Christo ita seruuiuit, qui hero suo hac fide & sedulitate seruus esse studuerit. Simplicitatem uero cordis ex opposito magis claram reddit, dum ait, non ad oculum seruientes &c.

Etenim ei cui cognitus Christus est, debet curare ut illis sua omnia in primis approbet, idq; quod placere hominibus studet, debet non alia ratione studere, quam quia id ita Christo placet. Nequaquam igitur sic gratiam honi= num ambiet, ut Christi posthabeat, quod sane faciunt, qui ad oculum dominis inseruiunt, & eis absentibus officium negligunt. Ni enim Christum Dominum, ut haudqua= quam fallent, ita gratiam eius nequaquam merebuntur. Qui autem se, dum hominibus seruiunt, Christi seruos agnoscunt, & Dei uoluntatem facere, dum illorum impe= rata perficiunt, certe ex animo, & beneuole in omnibus heris inseruiuent, scientes rependendum sibi, quicquid bo= ni fecerint, quamlibet serui sint.

Vide autem ut perfectam Apostolus seruitutem re= quirat. Eam primo diligentiam poscit, ut in timore & tre= more, tanquam Christo omnium supremo principi serui= ant, deinde ea simplicitatem, ut nihil ad oculū faciant, sed sicut serui Christi, in conspectu Dei, summa cuncta sedu= litate perficiant, deniq; eam promptitudinem animi, & beneuolentiam, quam quisq; pius, in perficienda Dei uo= luntate possit præstare. Sunt namq; qui tametsi bona fi= de, officium suum faciant, submorosuli tamen sunt, nihil cum beneuolentia & gratia præstantes.

Vt uero

Vt uero summa ita diligentia simplicitate & benevolentia serui seruant, eo potissimum illos prouocat, quod unicuique siue seruo siue libero a Domino rependetur. Quo monet bona Deoque grata opera esse, et quae serui pro sua uocatione, dominus suis faciunt. Ea enim opera, merces Dei optima sequetur, non quidem illis pro merita & adaequata, quid enim faciat miser seruulus, pro quo deberie ei possit, consummata felicitas? sed quia illa seruitutem fide liter seruitam sequitur, uocatur eius repensio & remuneratione. Hinc uero uidendum, quantis sit Paulo, siue uocationi, quamlibet humilis illa sit, fideliter unumquemque inseruire. Hinc sane Onesimū, quem in Christo Domino suo Philemoni & quauerat, hinc hero suo remisit, cuius tamē opera indiguissest, neque dubitabat, quin id Philemoni fuisset per gratū. Adeo cupiebat, unumquemque Domino in ea conditione seruire, in qua ab ipso esset constitutus. Ex hoc aut manifestum est, quam non habuerit eorum spiritum, qui uolunt externa omnia & equata, praesertim cum ad Timotheum scribens seruis præcipiat, si fideles habeant dominos, ut illis hoc nomine inseruiat tato studiosius, eo quod fideles sint ac dilecti, qui beneficentie participes sunt.

Et domini eadem facite  
erga illos.

Paulus maximi fecit uniuersitatem siue uocationi in seruire:

Sec. ii

Quae eadem bona & equa, remissis minis, ablegant officia seruitia, ut iustum & clementem seruitutem apud eos dominos serui seruant. Id facile impetrabitur ab ipsis, qui uere Deum regunt, noruntque non minus seruos illuc curae esse atque liberas.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

ros, ut apud quem non sit personæ respectus. Huius igitur Ephesios heros monuit, ut seruos manu mitterent, non iussit. Potest igitur sincera dilectio uigere etiam inter eos, qui in uita ista externa, admodum dissimiles sunt.

**Quod reliquum est, fratres mei corroboramini &c.**

Sdct. 4.

**Quibus cum nobis pugnam=**redit ad monendum Christianos in genere, hortaturque; ad constantiam & uigilantiam, qua sane summa opus est, quando nobis non sit pugnandum, aduersus sanguinem & carnem, hoc est, homines, sed aduersus principatus et potestates, aduersus dominos mundi, & tenebrarum sæculi libuius, aduersus spirituales uerutias, hoc est, omnem militiam & uim, malignorum spirituum, qui ut nos exerceat, mundum autem & tenebras sæculi huius, id est, reprobus, quos supra uocat incredulos, pleno imperio regant, in aerea super nos regione nobis incubant.

Quod tamen haud scio, an ex sua sententia Apostolus, uel uulgitantum opinione ita scripscerit. Ut enim reliqua scriptura omnino aduersariæ potestatis, & malignorum spirituum meminit, ita nusquam aërem, & cælestia illis assignat, neque in certos principatū uni et potestatū ordinis distinguit. Sed hæc curiosius excussa nihil ad piatem conseruant. Satis sit nouisse esse malignos spiritus, qui uolente ita Dei prouidentia, insidiantur continuo nobis, ut ad impietatem pertractos perdant, abutentes ad id nostra ipsorum carne, tum uniuerso mundo. Quotquot enī cū Christo non colligunt, cū his dispergunt, & qui Chri-

stum in spiritu non colunt, captiui ab his tenentur, ad ipsum  
rum uoluntatem, ut Paulus alibi scribit.

Catabaptiste quidam negant esse malos Dæmones,  
nosq; oppugnare, moti illo Iacobi, unusquisq; tentatur à  
propria concupiscentia. Sed isti hominū generi familiare  
est, apocrypha sectari, & certas scripturas posthabere,  
sicut & in alijs, cū sanctis Dei non libenter conueniunt.  
Catabaptisti starū qui=dam negat esse Dæ=mones.

Christus principis mundi meminit, Paulus & Petrus ut  
Diabolo resistamus hortantur, si nolunt isti credere ma=los Dæmones esse, olim experiētur. Nos Paulū audiamus  
ut corroboremur per Dominū, & robur fortitudinis ei=us, quod fiet, ubi quam mox describit Paulus panopliam,  
nobis assumpserimus. Nostrum aut̄ non tam est eam assu=mere, quam orare, ut Deus eam nobis donet assumere,  
imō ipse nos illa munit. Idq; moniti sancti, per spiritum  
Dei apud illos habitantem, ut necessariū agnoscunt, ita et  
orare possunt, atq; solent.

## Quapropter assumite totam arma turam Dei.

Sect. 5.

Diem malum uocat, diem temptationis, siue qua mun= dies ma=dus contra nos sœuiens, confessionē Dei conatur extor=lus.  
quere, siue qua aliā insidiatur Satanas, ut indigna nobis  
cōmittamus. In hoc die temptationis, ut peractis omnibus,  
hoc est, per omnia instructi, nullare omissa quæ nos mu=niat, stare possimus hostibus nostris superiores, hortatur  
ut omnem Dei armaturam assumamus, hoc est, curemus

O 3      ut quic=

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

*ut quicquid à Deo nobis ad munimen contingere possit,  
ad sit. Ac uelut armaturus militem, cū hoste congressurū,  
Armatu= quibus armis singulæ partes contegi debent monēt. Cin  
ra sancto= gi prophani milites baltheo solent, ut circum uentrē, &  
rum: tumbos tuū sint, nostram cincturam iubet esse ueritatem,  
nimirum ut optima fide, & synceriter omnia geramus,  
Pectus Thoracē illi muniunt, nos præ ea armari petit iu-  
stitia, ut nimirum candor, & equitas, & sedula officiositas  
in omnibus actibus nostris obuertatur, deniq; nec inferio-  
ra corporis in armata illi relinquent, suos habent ad pu-  
gnam idoneos calceos, quibus sura & pedes protegant,  
pro his nos instruclos esse uult, promptitudine annunci-  
andi Euangelij, ut gloriam Dei semper propagemus, id  
enim curantes, tuti sane incedemus, nostri curam agente  
atissimo.*

Habent præterea mundi milites & scutum, quo auer-  
tant hostium iacula, scutū nostrum esse conuenit fidem,  
illa enim dum uerbo Dei semper intendimus & nitimur,  
quamlibet ignita tela mali illius extinguemus. Quid enim  
incidere possit tentationis, contra quā ex uerbo Dei non  
suppetat præsidū certiss. si quis modo illo per fidem fir-  
miter nitatur. Insuper & caput illi contegunt galea, at no-  
strum caput, salus quam certo speramus, seruabit. Quia  
uero non tantū nos ab hostibus illis defendere, sed ipsos  
etiam aggredi et profligare oportet, siquidē bona fide im-  
peratori nostro militare libeat, etiam postremo gladio  
opus erit. Id uerbū Dei erit, quo Dei bonitatē, tum nobis  
ipſis,

ip̄sis, tum alijs pr̄dicantes sicut efficimus, ut Deo apud nos & electos om̄es om̄ia seruiant, ita certe hostem nostrum profligamus, & spolia eius diripimus, nostroq; imperatori consecramus, homines scilicet quos ad uoluntatem suam ille tenebat captiuos. Hæc armatura Dei est, quam solus ip̄se largitur, nos assumimus eam, dum illam ab ip̄so oramus, & exciti eius spiritu, in fide cottide & dilectione proficere studemus. Vnde subiicit.

## Omni oratione & deprecatione, orantes.

Sect. 6.

Oratio uera non solum est, quodlibet pietatis uotum, sed serium animi, uelut cum Deo colloquium, & grauis per pensio eorum, quæ glorie Dei in nobis desunt, cū ardentia ad ipsum spiritus deprecatione, ut ea in nobis sarciat, his ut consideratio beneficiorum D E I erga nos semper coiuncta est, ita & gratiarum actio. Hortatur ergo Paulus, ut per omnem orationem & deprecationem oremus. Id uero per omnem orationem, uidetur accipiendum, sicut supra omni sapientia, & similia, ut sicut omnem sapientiam eximiam, & omnifariam sapientiam interpretabur, omnem orationem accipiamus pro oratione ardenti & assidua. Nam iubet orare omni tempore & spiritu. Tempus autem hic καιρός est, id est, tempus oportunum. Vult enim quandocunq; omnino liceat, orationes habeant omnitem & deprecations, quibus scilicet armaturam, de qua diporexit, sibi à Domino comparent.

O 4 Addit,

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Addit, & in id ipsum uigilantes cū omni instantia &  
deprecatione. Vult enim adeo nos deprecationi incumbere,  
ut etiam hac caussa uigilias agamus, diu & noctu,  
quando cumq; scilicet licere posset, nos deprecationibus ad  
Deū dantes. Idq; non tantū pro nobis ipsis, sed sanctis, id  
est, Christianis omnibus. Sic & pro se Ephesios orare pe-  
tijt. Sed quid? Nequaquam sane, quæ ad se proprie perti-  
nerent, sed quæ ad gloriam Dei, neq; ea, quod diffideret,  
se solum illa posse exorare, sed quia eadem orare etiam  
**Qua rā=** illorum intererat. Omnia siquidem eius desideria huc pri-  
**tione Pau** dem ferebantur, ut Christi gloria per se fœliciter pro-  
**lus pro se** pagaretur, quando in id diuinitus delegatus erat, idem iā  
**orari pe-** par erat optare uotis omnibus, Christianos quoilibet, id  
q; nō solum, quod glorie Christi propagatio mundi salus  
sit, sed etiā quod singuli in hoc conditi sint, ut illustrādē  
glorie Christi unice studeant. Huiusmodi ergo quæ pro-  
prie ad illustrandam gloriam Dei, & salutem hominū pro-  
mouendum faciebant, nempe ut sibi quoties loquendum  
esset, sermo diuinitus daretur, tum digna eo fidutia, qua  
illum promeret, deniq; & promendi eius dexteritas, ut  
eum sicut oportet, annunciatet, arcanumq; Euangeli  
cuius legatione fungebatur, cui & fideliter hactenus  
adeo incubuerat, ut constrictus catena captiuus detinere-  
tur, rite manifestaret, iure Ephesios sibi à Domino ora-  
re postulauit, quibus nimirum & que ac ipsi, in uotis ista  
esse oportebat.

Sic illaq;

Sic itaq; discamus non diffidentiae fuisse, quod sancti pro se orare alios subinde hortati sunt, sed magni ordinis gloriam dei propagandi, quod cuperent scilicet huc omnium uota & desideria esse intenta, unde & salus omnium pendebat. Atq; ita magis adeo, commodum spectarunt eorum, quos pro se petebant precari, quos sic gloriae Dei de siderio cupiebant accendere, quam proprium. Sibip̄sis Nulla scri enim nihil boni defuturum certò sciebant, quia Christo p̄tura pro credebant. Hinc tum liquet, quam nihil agant, qui ex hoc, & similibus locis, inuocando demortuos sanctos probare conantur. Nihil enim simile fecisse sanctos, uel ex hoc, sanctos in uel locis alijs, euincere possunt. Nobis agendum est cum uocando. uiuis, donec hinc ad sanctos defunctos transferamur, aliud nulla scriptura docet.

Notandum autem quod tantus Apostolus, ut Euangelij legatione digne fungeretur petierit, pro se Ephesios orare tam obnixe, argumentum enim id est, & maximae molis rem hanc esse, & eius Paulo fuisse longe studiosissimum, quem sensum, quodq; studium, utinam & nostri Quantæ saeculi Euangelistis dareatur, sanè melius Ecclesiæ habent. Deinde obseruandum, nihil humanas uires, in functi gne prædicatione Euanglica posse, & sermonem ipsum, cum loquenciam Eundem est, fidutiam, et scientiam loquendi sicut decet omnia gelion. dono Dei contingere, eoq; pro ijs instantissime, & arditißime orandum. Utinam uero nostris quibusdam non uideretur res tanti momenti, adeo lcuicula.

# IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

## Vt uero sciatis & uos quomodo res meæ habeant.

Sect. 7.

Vide quām officiosa dilectione erga Ephesios fuerit,  
Congredi sanctos, et quantiq; fecerit sanctorum congressum, simile reddi  
de reb. su= certiores illos, quid cuiq; agenti in Domino accidat. Hac  
is inuicem cauſa, & ipſe dum liber erat, Ecclesias subinde inuisere  
ſe reddere ſtudebat, id cum ſibi non eſſet integrum, quam maxime  
certiores fidos Christi ministros, & collegas ſuos, pro ſe ad illas de-  
ſtinabat, non ignorans ſcilicet, quantum momentum, ad  
res ma= corroborandam fidem, accendendamq; dilectionem habe-  
gna fru= at, mutua sanctorum appellatio & cohortatio. Vbi uero  
glis. ne hoc quidem licebat, literis id ſarciebat, quanquam raro  
literas ſine aliquo ſelectiore fratre, qui & ipſe uiua Epi-  
ſtola eſſet, miſerit. Hoc ſane ſtudium, haud quaquam leui  
ter cordi illi fuſſe, id comprobat, quod ē Roma, Tychicū  
hunc, Ephesum, in tam remotam orbis partem, & trans-  
maria amandarit. Tanti ei ſunt, Ephesios de rebus ſuis mo-  
nere, & per hunc fratrem confolari.

Quām ergo non Paulino animo prædicti ſunt, ex ijs  
qui hodie Euangelion annunciant quidam, qui ne literis  
quidem cum sanctis & collegis ſuis, taceo reliqua Eccle-  
ſia, quām maxime uicinis etiam, familiaritatē in Domi-  
no, non dico contrahere, ſed pridem contractam uel alere  
& prouchere ſtudent. Magna ubiq;, & iure, eſt Pauli-  
nis Epistolis authoritas, ſed optarim eo animo illas nos le-  
gere, ut expreſſum in eis Apostoli & ministri Christi  
tam fidi

tam fide exemplum liberet emulari. Certe & à nobis requiritur, ut fidi simus, hoc est, pro uiribus, propagande Dei gloriae studeamus, id autem qui erimus, cum Paulo sumus tam dissimiles? Is in omnia se uertere, omnia tentare, omnibus omnia fieri solebat, ut Christum quam plurimi commendaret, & commendatum proucheret, nos ubi utcunq; è suggestu dixerimus, declamantibus, quam Christum prædicantibus saepe similiores, probc officio nostro defuncti nobis uidemur. Utinam tam imitabile nobis Pauli studium & ardor udicetur, quam iure à nobis requiritur. Profecto & nobis orationibus & deprecationibus instantum & uigilandum erat, quo iustus in nobis ilustrandæ gloriae Christi, cui consecrati sumus, ardor flagaret. Nimium siquidem tepidi pleriq; sumus, ut timendum sit, ne nos euomat Dominus.

### Pax sit & dilectio cum fide.

Sect. 9.

Quia à benevolentia D'E I omnia expectanda sunt, recte finit Epistolam ut coeparat, precando pacem à Deo, hoc est, ueram felicitatem quæ hic sita est, in dilectione & fide, ut sicut non dubitamus fide uerbi Dei, nos ab ipso, ut filios diligi, ita nos proximos ut fratres complectamur. Benevolentia Dei precatur præterea omnibus diligentibus Christum cum integritate, citra corruptiō nem scilicet hypocriticos, & uitæ impurioris. Quales utique soli Christum uere diligunt. Iustitia siquidem ipse & sanctitas Dei est, quare corruptelas carnis ex animo detestabitur,

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Cum in te= stabitur, qui ipsum uere dilexerit. Etiā qui diligit ipsum, sermonem eius seruat, is abnegationem nostri, cum omni gritate. sanctimonia requirit. Quare quod adiecit, cum incorruptione, non ita intelligendum est, quasi Christum & cum corruptione quis diligere possit, quis enim simul diligat contraria? Quid enī efficiat Christi dilectio, hac adiectum cula exprimere potius Pau. uoluit, que utiq; ab omni corruptione subducit, & ad imaginē Christi reformat. Id nobis omnibus, per ipsum pater et Deus noster donet, cui sit gloria in secula Amcn.

Prophetias ne aspernemini, omnia probate, quod bonum fuerit, tenete.

Finit Commentarius in Epistolam D. Pauli ad Ephesios. Per Martinum Bucerum.

### Errata obiter animaduersa.

B. 1. facie secunda, lege, sanguine ipsius. B. 2. fac. 2. lege, aere. C. 4. fac. 2. le. reuercatur. C. 5. fac. 1. le. Apostolus. C. 8. fac. 1. lcg. Galatis. D. 1. fac. 1. le. sanctitas, quæ ut. D. 5. fa. 2. le. expurgata esse. D. 8. fa. 2. le. statū itē à scopo iecis se. ib. sed & angeli. E. 3. fa. 2. le. capit tertio. E. 5. fa. 1. leg. inter se dilectionē. E. 6. fa. 1. le. quæ tandem noua precepta. F. 8. fa. 2. le. v̄lōv̄g et v̄loī. G. 5. fa. 1. le. nos percepturos. H. 8. fa. 1. lc. ut puniatur. I. 1. fa. 2. le. uitam, uiucent. I. 8. fac. 2. le. instructū, ib. sed omnibus. K. 4. fa. 2. le. uulgarē in sc. L. 7. fa. 1. le. mēbra simus, ib. cōmittamur, ib. iunctiō, ib. luxare, ibidem præcipue solet impedire.

I N D E X.

<i>Abrogatio legis. fol.</i>	53. b & 54. ab. Item 55. a.
<i>Aetas Christi plene adulta. fol.</i>	85. a.
<i>Amor Dei unde proueniat. fol.</i>	20. a.
<i>Apostolus Christi quis. fol.</i>	18. a. & 84. b.
<i>Armatura sanctorum. fol.</i>	107. b.
<i>Artes infructuosae a Christianis uitande. fol.</i>	89. a. b.
<i>Ascendit super cælos. fol.</i>	53. b.
<i>Baptismus noster et Christi quis &amp; quid uterque præ-</i>	
<i>Bona opera quæ nos facere possumus. fol. 53. b.</i>	(stet..)
<i>Canon interpretandi scripturas. fol.</i>	101. a.
<i>Charitas quare præceptum nouum à Christo dicatur. fo.</i>	
<i>Charitas quare fide et spes maior dicatur. fol. 21. a.</i>	(38. b.)
<i>Chirographū, id est, lex Moscheh quomodo contrariū no-</i>	
<i>bis. fol.</i>	53. a. & 55. a.
<i>Christiani in mundo infelitius agunt. fol.</i>	103. b.
<i>Christus ad dexteram Dei sedet. fol.</i>	43. b.
<i>Christus in alijs puer in alijs uir. fol.</i>	35. b.
<i>Christus Euangelizauit pacem. fol.</i>	55. b.
<i>Christus fundamen: um. fol.</i>	57. a.
<i>Christi incarnatio quid mundo attulerit. fol.</i>	59. b.
<i>Christus non condidit nouas leges. fol.</i>	51. a.
<i>Christus omnia etiam Anglos restituet. fol. 32. b. &amp; 33. a.</i>	
<i>Circumcisio manu facta. fol.</i>	55. a.
<i>Coædificamur in Christum. fol.</i>	57. b.
<i>Coniugiu inter Christū et Ecclesiam. fol. 100. b. et 102. a.</i>	
<i>Conditi sumus ad bona opera. fol.</i>	53. b.
	Contra

I N D E X.

<b>Contra indulgentias. fv.</b>	77. b.
<b>Congressus fratrum frequentior, res magnæ frugis.</b>	109. b.
<b>Credere in Deo. fol.</b>	19. a.
<b>Currens non vocatus quis. fol.</b>	18. b.
<b>Diaboli ad quid incumbant. fol.</b>	48. a.
<b>Dies mali. fol.</b>	95. a. b.
<b>Dilectione discernuntur filij lucis à filijs tenebrarum.</b>	25. a. et
<b>Dona spiritus ad quid conferantur.</b>	82. b.
<b>(91. a.)</b>	
<b>Ebræorum dignitas.</b>	55. a.
<b>Electio Dei merito Christi nobis obtigit.</b>	25. b.
<b>Episcopi qui.</b>	84. b.
<b>Euangelion quid doceat.</b>	85. b.
<b>Euangelistæ qui.</b>	84. b.
<b>Expercire qui dormis.</b>	94. b.
<b>Fabulae Christianos dedecent.</b>	92. b.
<b>Fides ex auditu.</b>	20. b. et 39. a.
<b>Fideles in Christo.</b>	19. a.
<b>Fidutia ex fide.</b>	19. b.
<b>Filii inobedientiae.</b>	48. a.
<b>Fœdera promissionum.</b>	57. b.
<b>Gentes Euangeliō illustrandæ.</b>	60. a.
<b>Gratia quid.</b>	21. b.
<b>Homo Iesus primogenitus uniuersæ creaturæ.</b>	73. a.
<b>Hospites et aduenæ iam non sumus.</b>	66. b.
<b>Humanitas Christi prædicatur.</b>	73. a. b.
<b>Interstitialium inter Gentes et Iudeos.</b>	69. b.
<b>Iudicium de præceptis.</b>	64. b.
<b>Justificationis ordo.</b>	52. b.

I N D E X.

<i>Iustus ex fide uinit.</i>	20. a.
<i>Lapis angularis.</i>	57. a.
<i>Legis pedagogia quibus sit opus.</i>	92. a.
<i>Lux in Domino sumus.</i>	93. b.
<i>Mahometana hæresis cum Romanensi in mundum irrepsit.</i>	51. b.
<i>Missio quid sit, et quis dicatur missus.</i>	18. b. & 85. b.
<i>Musica pietati inseruit.</i>	95. b.
<i>Naturæ ingenium.</i>	87. a. b.
<i>Nemo temere abiiciendus.</i>	35. a. & 35. b.
<i>Omnia suum tempus habent.</i>	34. b.
<i>Opus Christi præcipuum.</i>	65. a.
<i>Pastores qui.</i>	84. b.
<i>Paulus quomodo sine lege uixit.</i>	51. a. b.
<i>Pax quid significet.</i>	22. a.
<i>Prophetæ qui.</i>	34. b.
<i>Prophetia de Christo explicatur.</i>	101. b.
<i>Qui crediderit non festinabit explicatur.</i>	67. a.
<i>Redemptio nostri quomodo constet.</i>	28. a.
<i>Reuelationes probæ quæ sint.</i>	41. b.
<i>Sacramenta nō sunt sphragides Christianorū.</i>	90. a.
<i>Sanguinis Christi neceſitas.</i>	28. b.
<i>Sanctos non esse inuocandos.</i>	199. a.
<i>Scriptura quomodo in Christum interpretanda.</i>	102. b.
<i>Spiritus arrabo electorum.</i>	27. b. & 39. b.
<i>Tempus noui foedcris.</i>	64. b.
<i>Testamentum quid.</i>	58. a.
<i>Verbi extenuatus.</i>	85. b.

